

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs
Tractatus de Prædestinatione, de Trinitate, de Angelis, & de homine

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Disp. X. De persona Spiritûs sancti,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77146](#)

DISPUTATIO DECIMA

hæc verba protulit: *Hoc est corpus meum: ore sue, A veluti apis argumentola, inter horum verborum flosculos, Christum legit, & fructus ventris virginis, sit partus labiorum ipsius. Idem in aliis Sacramentis contingit: Accedit enim (inquit Augustinus) verbum ad elementum, & fit sacramentum. Vnde B. Jacobus fideles hortatur, hoc verbum, velut aliquod germen cœlestis, in corde suscipere: Suscipe, inquit, verbum nostrum quod potest salvare animas vestras. Exemplum ex agricultura sumptum est. Sicut enim hortulanus arboribus sylvestribus nobilioris ligni turculos & germina inserunt, ut præstantiores fructus ferant: ita similiter Deus verbum suum, tanquam cœlestis aliquod germen, in corde peccatoris inserit: ut fructus cœlestes & divinos, id est opera supernaturalia, & vita æternæ meritoria, possit producere.*

224.

Præterea divinum illud Verbum, non solum est secundum, sed etiam salutiferum, ac sanans omnes animi languores & infirmitates, juxta illud Prophetæ: Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum. Apprimat novat miram hanc divini Verbi virtutem Centurio, qui sic Christum affectus est: Domine nos sum digni ut intras sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Cujus fidem summopere extollens Chrysologus, ait: Verbum à Verbo petitur, quia credit in Verbo omnes manere virtutes. Et addit: Verbum tuum Domine noster es, Verbum tuum vita es, Verbum tuum ubi accesserit, inde confortim fugit dolor, infirmitas mox recedit.

225.

*Denique Verbum divinum non solum est lumen, sed etiam ardens; nec defert tantum splendorem & lucem, sed divinum etiam spitat ac inspirat ardorem. Nam, ut inquit S. Thomas infra quæst. 43. art. 5. ad 2. *Filius est Verbum, non qualcumque, sed spirans amorem.* Spirat enim amorem in corde Partis, producendo cum illo Spiritum Sanctum. Spirat dilectionem in sinu matris, in quo divini amoris incendia copiose effudit. Spirat etiam amorem in cordibus fidelium: nam ipse ait: *Ignem veni mittere in terras, & quid velo, nisi ut ardatis?* Unde duo Discipuli in Castello Emmaus, hoc divino igne accensi, dicebant ad invicem: *Nomine cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperte nobis Scripturas?**

* * *

DISPUTATIO X.

De Persona Spiritus Sancti.

Ad questionem 36. & duas sequentes.

Ergo jam ad nomen boni nostri veniat oratio: inquit Dionysius cap. 4. de div. Nomin. Loquamus ergo de Spiritu Sancto, cuius essentia bonitas, cuius affectus amor, & cuius nomen charitas & dilectio. Verum sicut nemo scit quæ hominis sunt, nisi spiritus hominis quin ipso est: sic ea quæ sunt Dei, vel Spiritus Dei, nemo cognovit nisi Spiritus Dei. Spiritus quippe San-
ctus (inquit Augustinus) potest esse sine nobis, datur etiam ut sit in nobis: sed videri & sentiri, quemadmodum videndum & sciendum est, non potest à nobis, si non sit in nobis. Veri ergo Spiritus alme (proteguntur idem S. I. D. & O.) res divini amor Numinis, Patri omnipotenteris, prolisque beatissime sancta communicatio, omnipotens Paraclete, marentium consolator, corda penetrantia potentia libabere virtute, & tenebris que-
ments meæ, coruscum lumen fulgere, plus habitor le-
tistica. Veni fortitudo fragilium, humilium Doñ, su-
perborum destructor. Veni Sancte Spiritus, & emite coelius lucis tuæ radium, quo purgata inge-
nioli mei aie, Divinitatis tuæ arcana valere pe-
ntrare.

ARTICULUS I.

Vtrum si Spiritus Sanctus non procederet ab Filio, distingueretur ab illo?

Titus unum supponit, & alius inquit. Supponit Spiritum Sanctum à Filio procedere, & inquirit an distinguatur ab illo, si ab eo non procederet? Licet autem primum sit certum deside, & à pluribus Concilii definitum: quia tamen pertinaciter negatur à Græcis schismatis, con-
tentibus Spiritum Sanctum à solo Pate pro-
cedere: idcirco antequam aliud punctum, in quo inter Scholas angelicæ & subtilis Discipulos celebris est controversia, aggrediamur; opere pre-
sum videtur, Græcorum errorem refellere, & Ecclesiæ definitionem, Scripturatum, & SS. Pa-
trum testimonii, necnon aliquibus rationibus
& congruentiis, firmare & robore.

§. I.

*Græcorum Error, circa processionem Spiritus San-
cti, testimonis Scriptura, & SS. Pa-
trum refellitur.*

Post hæc sim Macedonii, qui Spiritus San-
cti divinitatem negavit, novus Græcorum
error circa illius processionem pullulare cepit.
Theodoretus enim D. Cyrillo in contradictione
noni anathematismi obiectit, quod Spiritus San-
ctus non procedit à Filio, quia id Scriptura non
dicit, sed solum à Patre, cum id Scriptura refle-
tur. Qui error, quamvis aliquo tempore lo-
pus manserit, postea cremen à Theophilacto rur-
sus

DE PERSONA SPIRITVS SANCTI.

253

se exaltare cest. Ille enim super cap. 3. Joann. A illa verba: Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum: docuit Spiritum Sanctum vocari Spiritum Filii, non quod ab illo procedat, sed quia per Filium hominibus datur. Quem errorem postea illi Graci tantum pertinaciā amplexi sunt, ut à communione Ecclesie Latina tempore Leonis IX, sub annum 1052, infeliciter recesserint.

Catholica veritas, quæ asserit Spiritum Sanctum a Patre, Filioque procedere, in variis Conciliis definita est. Primum in Concilio Barense, apud Barium in Apulia coacto, ab Urbano II, circa annum 1097, quo tempore maximè servebat Greco Schisma: in quo Concilio S. Anselmus omnino convicit Graecos. Secundum in Lateranenzi sub Innocentio III. Deinde in Lugdunensi sub Gregorio X. Et tandem in Florentino sub Eugenio IV, ubi hæc res summè diligentia pertractata est, & consentientibus etiam Graecorum præcipuis, ac præsente Orientis Imperatore, Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere definitum fuit, & in litteris sanctæ unionis confirmatum. Ibidem etiam self s, Andreas Doctor Lanius adduxit vetustissimum codicem Graecorum Synodi 7. generalis, in cuius actione 7. legitur de Spiritu Sancto: Qui à Patre Filioque procedit. Unde creditur alios codices Graecos, in quibus non habetur illa particula, filioque, fusile à Græcis schismatis corruptos.

Præter Conciliorum definitiones, in ejusdem veritatis confirmationem plura Scripturæ testimonia adduci possunt. Primi generis sunt ea, in quibus Spiritus Sanctus dicitur esse Spiritus Filii Dei, ad Rom. 8. ad Galat. 4. & ab illo mitti, Joann. ii. Non potest enim dici aliquis alterius esse, nisi sit in illum autoritatem habeat; cùmque authoritas inter personas divinas nequeat esse titulum domini ac servitutis, debet esse authoritas originis. Unde quemadmodum Filium esse Patris, denotat Filium habere originem à Patre, ita Spiritum Sanctum esse Filii, significat ipsum à Filio procedere. Item, ut egregie discurrat D. Thomas 4. contra Gent. cap. 24. Mittens aliquam auctoritatem habet in mislum: Oportet igitur, quod Filius mittens Spiritum Sanctum habeat aliquam auctoritatem in illum: sed non dominii vel majoritatis, ut patet: Ergo originis.

Si quis autem dicat, quod etiam Filius à Spiritu mundo mittitur, juxta illud Isaia 61. Spiritus Domini super me, euangelizare pauperibus misit me: Considerandum est (inquit angelicus Doctor) quod Filius à Spiritu Sancto mittitur, secundum naturam assumptam: Spiritus autem non assumptus naturam crevit, ut secundum eam posset d'ici missus à Filio. Unde à Filio mittitur, secundum naturam divinam ab eo mittitur, & consequenter ab eo procedit. Secundi generis testimonia ea sunt, in quibus Spiritus Sanctus dicitur à Filio accipere, Joann. 16. ille me iurificabit, quia de meo accipiet, & annunciat robi. Omnia quecumque habet Pater, mea sunt: propriea dixi, quia de meo accipiet. Ex quibus verbis duplex argumentum conficitur. Primum est: Spiritus Sanctus accipit à Filio scientiam, ut interpretatur Augustinus, Cyrillus, & Chrysostomus ad illum locum: Ergo de illo accipit substantiam & scientiam, & consequenter ab illo procedit. Secundum est: Omnia quæ habet Pater sunt Filii, præter id in quoq; relativè opportununtur, ut verba traditatem testantur: At qui spiratio activa convenit Patri; Ergo pariter debet convenire

Filiis & per consequens spiritus sanctus ab utroque procedere.

Confirmatur: Christus ipse in præallegatis verbis hanc facit consequentiam: Omnia quæ habet Pater mea sunt: Sed spiritus sanctus accipit à Patre: Ergo de meo accipit. Ergo similiter bonitas hujus consequentie concedi debet: Omnia quæ habet Pater sunt Fili: Sed Pater habet, ut ab illo procedeat spiritus sanctus: Ergo id etiam habet Filius, & consequentes spiritus sanctus procedit ab illo.

Neque valet responsum Græcorum, dicentium spiritum sanctum accipere de eo quod Filius dicit esse suum: quia accipit de thesauro sapientiae Patris, qui etiam thesaurus est Filii, non Filio dante, sed duntaxat Patre,

Non valet, inquam, hoc effugium: nam si valeret, posset pariter dicere spiritus sanctus de Filio, ille de meo accipit: Consequens est falsum, frustra enim hoc fibi filius tribueret ut speciale: Ergo &c. Sequela est manifesta: nam quia essentia Patris pertinet etiam ad spiritum sanctum, Filius accipit de aliquo quod pertinet ad spiritum sanctum, dum accipit essentiam à Patre; Ergo si eo solùm titulo spiritus sanctus dicitur à Filio accipere, quia accipit essentiam & scientiam à Patre, quæ sunt etiam Fili, solo Patre illam dante, & non Filio; poterit similiiter dici, Filium à spiritu sancto scientiam & naturam accipere.

C Tertimonia tertia classis ea sunt, in quibus Christus dicitur insufflare in Discipulos, dicendo illis: Accipite spiritum sanctum, Joann. 20. hoc enim denotat quod ipse spirat & insufflat hunc divinum amorem. Ita Augustinus lib. 15. de Trinitate. cap. 26. Cùm resurrexisset a mortuis (inquit) & apparisset Discipulis suis, insufflavit, & ait: Accipite spiritum sanctum, ut etiam de se procedere ostenderet. Illi concinit Bernardus serm. 8. in Cant. his verbis: Insufflavit & dixit: Accipite spiritum sanctum. Osculum profecto fuit. Quid corporeus ille flatus? Non, sed invisibilis spiritus; qui propter ea in illo Domini consolatu datus est, ut per nos intelligeretur, & ab ipso pariter, tanquam à Patre procedere, tanquam vere osculum, quod osculantur osculatorique communem est. Unde etiam Ps. 32. spiritus sanctus dicitur oris dei spiritus id est Verbi divini, quod est Patris, ut ait Ambrosius.

His locis novi testamenti addi possunt hæc verba Psalmi 109. quæ Pater dicit ad Filium: Tunc principium in die virtutis tua, in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genuit te. Illis enim Pater æternus aperte declarat, se esse cum Filio principium in die æternitatis, in quo in splendoribus sanctorum (id est in lumine suæ infinitæ sapientie, ipsum generat: sed non potest in die æternitatis esse principium nisi spiritus sancti, cùm creatura ab æterno à Deo non procecerint; Ergo ab æterno spiritus sanctus à Patre, Filioque procedit. Unde dies ille æternitatis vocatur dies virtutis Filii Dei: quia nec in creatione, nec in redemptione, nec in aliis operibus ad extra, ita relucet infinita ejus virtus & potentia, sicut in productione spiritus sancti. Quod declarat Lippomanus ex illo Exodi 28. ubi Deus ait Moysi: Lanham facies de auro purissimo, in qua sculps操 opere cælatoris sanctum Domini, id est nomen Dei Tetragrammaton, quod significat principium. Hoc enim portat in fronte lumen sacerdos: quia hæc est magna gloria Pontificis nostri Jesu Christi, esse in die æternitatis (in quo à Patre in splendoribus sanctorum

1 i 3 gene-

DISPUTATIO DECIMA

254
generatur) una cum illo principium personæ di- A
vinæ, & cùlicet Spiritus Sancti.

10.

Accedit etiam unanimis fere Patrum consensus, ante ortum schismatis Graecorum, qui aequivaler traditioni Ecclesiasticae & Apostolicae. Primo loco sece offert S. Marcellus Galliarum Apostolus, & unus ex primis D. Petri Discipulis, qui in Epistola quam scripsit ad Burdigalenses cap. 10. Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere aperiissimè docet, his verbis: *Verbum in quod credidistis, Filius est unigenitus ante omnem substantiam: Spiritus vero non est genitus, sicut Verbum, quia & Spiritus Sanctus in divina aequalitate gloriosus, procebat incessanter ab eo qui genuit, & ab eo quoque qui genuit eft.*

11.

Idem docent alii Patres, non solum Latini, sed etiam Graeci: ut Athanasius in Symbolo fidei, ubi sic habetur: *Spiritus Sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Basilius lib. 2. contra Eunomium. Chrysolomus homil. de Expositione Symboli, ubi loquens de Spiritu Sancto, ait: *Isle est Spiritus procedens de Patre & Filio, qui dividit dona prout vult.* Didymus lib. de Spiritu Sancto, ubi expponens illud Christi Joann. 16. Non enim loquetur à semetipso, subdit: *Hoc est sine me, & sine me & Patri arbitrio; quia ex Patre & ex me est: hoc enim quod subsistit & loquitur, à Patre & à me illi est.* Cyrillus denique Alexandrinus, qui expressè in hoc puncto restituit Theodoreto, in defensione noni anathematizati. Qui plura cupit, legat D. Thomam opusc. i. quod contra errores Graecorum de mandato Urbani IV. composuit, ubi cap. 32. & sequentibus, plura SS. Patrum adducit testimonia.

12.

Præcipue notandum est illud Nazianzeniorum, 3. de Theologia, ubi divinam Trinitatem comparat tribus primis personis generis humani: scilicet Patrem, Adæ, quia Pater à nulla persona, ut Adam à nullo homine, est ortus: Filium vero Evæ, quia Eva ex Adam substantia processit, ut Filius à solo Patre: Spiritum Sanctum Seth, quia ab Adam & Eva ortus est, ut Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit.

13.

Non est etiam omittendum illud Athanasii serm. 4. ubi comparat Patrem Soli, Filium luci seu splendori, & Spiritum Sanctum ardori seu caloris, & docet quod sicut à Sole procedet lux, & à Sole & luce calor, ita & à Patre Verbum generatur, & à Patre Filioque Spiritus Sanctus producitur. Quam veritatem, licet abstulissimam, Mercurius Trigeminus subdoloratus erat, vel in sacris Scripturis legerat, dum in Pyramandro cap. 8. hac scilicet: *Mens autem Deus, utriusque sexus fæcunditate plenissimus, vita & lux, cum Verbo suo mente alteram opificem penerit, qua quidem ignis, atque spiritus numen.*

14.

Contrata claræ & aperte Scripturæ & Patrum testimonia, nihil habent Graeci Schismati ci quo se tueantur, præter animi pertinaciam, ob quam sub misera Mahometanorum servitute gerunt, Constantinopoli à Turcis capta, ipsa die Pentecostes, Spiritum Sancto consecrata: ut verificetur illud quod Christus dixit Matth. 12. *Qui blasphemiam dixerit in Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in eo seculo, neque in futuro.*

DISPUTATIO DECIMA

§. II.

Eadem Veritas rationibus theologici suadetur.

Praeter Scripturæ & Patrum testimonia, quod rationes theologicas in ejusdem veritatis confirmationem adduci possunt. Illas reducit D. Thomas hic art. 2. ad tres.

Prima & præcipua est: Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non distinguetur ab illo: cum omnis distinctio realis in personis divinis ex oppositione relativa oratur, & oppositio relativa fundetur in processione unius personæ ab aliis. De quo fusè dicimus §. sequenti.

Secunda est: Illud quod procedit per modum amoris, debet necessariè procedere à Verbo, & quod nihil amat possit, nisi quod verbo concipitur: Seq. Spiritus Sanctus procedit ut amor: Ergo à Verbo procedit. Unde idem S. Doctor in fratre quest. 43. art. 5. ad 2. *Filius est Verbum, non qualemque, sed spiritans amorem.*

Dices: Falsum est quod amor procedat à verbo. Primo quia licet amor dependeat ab apprehensione & actu intellektus (nihil enim volutum quod præcognitum) non tamen à verbo, ut patet in visione beatifica, à qua visus amor perfectissimus, & tamen per illam nullum producitur verbum, ut in Tractatu de Visione beatifica ostensum est. Secundò, quia amor non dependet à cognitione, sed à re cognita & apprehensa: apprehensio verò solum se habet ut conditio, & non ut aliquid influens in amorem. Tertio quia intellectio essentialis, & verbum communiter dictum, sufficientissime repræsentant bonitatem divinam voluntati, ut amor ex illa procedat. Denique, quia cognitio & verbum effectivè non concurrunt ad actum amoris, sed finaliter tantum & objectivè: quod non sufficit ad probandum intentum, cum solum quoddam sit, ut Spiritus Sanctus aeternè procedat à Verbo.

D Hæc ratiōē frivola sunt, & vim rationis D. Thomæ non intrinsecunt. Non primum quidem: quia licet in visione beatifica nullum datur verbum creatum, essentia tamen divina gerens vicies verbi, concurrit ad amorem beatificum. Nec secundum: quod quid in Deo verbum, cognitio, & res apprehensa, sint uolum & idem; & sicut Divinis verum est quod amor est à concepione & verbo mentis. Nec etiam tertium: quia in Divinis datur amor essentialis, & amor notionalis: Ergo sicut verbum essentiale, & communiter dictum influit in amorem essentialem, ita verbum notionale, quod est verbum proprium, in amorem notionalem influit. Venique nec ultimum: quia valde probabile est, amorem non solum finaliter & objective, sed etiam effectivè à conceptione mentis, sive ab objecto ut intellectu procedere, ut fuisse & acutè probat Cajetanus in fratre quest. 90. art. 2. Vis præcipue probationis in eo consistit, quod in actu voluntatis duo sunt consideranda, scilicet exercitium, & specificatio; quamvis autem voluntas ex se sit sufficiens in actu, quod exercitium sui aetatis, quia ipsa est primum movens quod exercitium, non est ratiōē sufficiens ex se in actu quoad specificationem sui actus, alioquin omnes actus ipsius essent iusdem speciei, hinc ipsa unius est natura: eo proportionali modo quo omnes actus caloris sunt ejusdem speciei,

qua calor ex se est determinatus quoad specificacionem sua actionis. Oportet igitur quod determinat principium, quod cum ipsa voluntate cautele specificacionem ait: hoc autem non potest esse aliud quam ipsum obiectum, ut actu intellectum, sive ut existens in intellectu in ratione termini intentionis: Ergo illud actus ad speciationem actuum voluntatis concorrerit.

Praeterea, dato quod haec tentativa Cajetani minus probabilis sit, ac altera qua docet objectum cognitionis finaliter tantum & objectivè ad specificationem actuum voluntatis concurrere, de quo in Tractatu de actibus humanis: temperum sit vis rationis D. Thomæ, nam semel habito, quod de ratione amoris in communione, analogice lumperi, si procedere à verbo, ex diversitate conditione verbi creati & invenient, debentur, quod creatum finaliter, inveniat verbum idem: etiam per modum principii, ad amorem concutrat: et quod Verbum inveniat procedatur persona subsistens in natura divina; & conquegetur ut habens voluntatem divinam, quæcunque & actus spiratur amor.

Tertia ratio: Licet plura, materialiter & solo numero distincta, possint absque ullo ordine inter se ab uno & eodem procedere: quo pacto plures calculi materialiter distincti procedunt ab eodem articulo absque ullo ordine, & similiter ab intellectu. Angeli plures intentiones solo numero distinctæ: ea tamen quæ procedunt ab eodem principio, tanquam formaliter & specie ab illo distinctæ, semper ab illo procedunt, cum aliquo ordine originis aut causalitatis, vel saltētum ordinis excelsus secundum perfectionem. Quo pacto plures substantiae immateriales, tanquam comulus (pecierum universi), procedunt à Deo: ex quo ordine perfectionis oritur etiam ordinatio localis in cœlis & elementis, ut quæ luptem in gradu perfectionis, sint etiam supra malo loco et similiter in Angelis idem ordo servatur est. In donis gratiae, quiete in eorum naturali perfectione. Cum ergo Filius & Spiritus Sanctus procedentes ab uno & eodem Patre, distinguantur formaliter & specie, aut quasi specie, cum aliquo ordine ab illo debent procedere; & cum in Divinitate non possit esse alius ordo, quam originis, superest ut vel Filius procedat à Spiritu Sancto, vel à contra Spiritus Sanctus à Filio: unde cum Adversarii primum non admittant, necesse est ut fateantur secundum.

§. III.

Conveniuntur precipua fundamenta Grecorum.

E Fundamenta Grecorum Schismaticorum levissima sunt, & ad via præcipua capita reducuntur. Primum est, quia Christus in Euangeliō, de principio Spiritus Sanctus loquens, solum Patrem nominat, dicens: *Spiritus qui à Patre procedet. Secundum, quia in Symbolo Concilii Nicæni, in quo fiducia universalis Ecclesia exposita est, Spiritus Sanctus solum à Patre procedere dicitur. Sic enim in illo habetur: Credo in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadjuvandum. Et in fine hujus Symboli subiungitur: Qui alter docuerit, vel dixerit predicatorum, anathema sit. Addunt quod Leo III. Romæ prædictum Symbolum, transcriptum*

A in tabula argentea, post altare B. Pauli posita, posteris reliquit (pro amore, ut ipse ait, & cautela fidei orthodoxæ) in qua tabula, particula illa Filioque non legitur.

Subjicitur Damascenio lib. 1. fidei cap. 7. & 8. ubi ait: *Spiritus Sanctus à Patre procedit, & in Filio que fecit. Et paulò infra: spiritum Sanctum dicimus ex Patre, ex Filio non dicimus. Et alibi: Spiritus Sanctus ex Patre quidem est, non autem ex Filio, sed Spiritus oris Dei.*

Hæc tamen, ut dixi, frivola sunt. Ad primum enim respondeatur, Christum, dum de processione Spiritus Sancti in Euangeliō loquitur, ideo solum Patrem nominare, quia ad illum solet referre totum quod sicut est, et quod totum ab illo habeat. Vnde Joann. 7. dicebat: *Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.*

B Quæ verba expendens Augustinus Tract. 29. in Joann. hunc modum loquendi Christi admiratur, & subdit: *Si non tua, quomodo tua? si tua, quomodo non tua? Tu enim dicas utrumque, & mea doctrina, & non mea. Cui quæstioni sic responderet: Quæ est doctrina Patris, si Verbum Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris, si Verbum Patris. Sed quia verbum non potest esse nullum, sed aliquis, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suum, quia Patris est Verbum. Quid enim tam tuum, quam tu? Et quid non tam tuum, quam tu, si alius es quod es?*

Ad secundum dicendum cum D. Thoma hic art. 2. ad 2. quod quia tempore Concilii Nicæni nondum exortus fuerat error dicentium Spiritum Sanctum non procedere à Filio, non fuit necessarium ut explicitè posseretur in ejus Symbolo, quod Spiritus Sanctus à Filio procederet: continebatur enim implicitè in hoc quod dicebatur procedere à Patre. Nam (ut tūpī dicebamus) omnia quæ habet Pater sunt Filii, exceptis his in quibus relativè opponuntur: in spiratione aucte in Filius Patri relativè non opponitur. Unde quando in aliis Conciliorum Nicæno posterioribus, hæc particula, Filioque, Symbolo addita fuit, non tam fuit additio, quam veritas in Symbolo Nicæno implicata contenta, major expeditio seu explicatio.

Ad verba Damasceni respondet idem S. Doctor ibidem in response ad 3. Plures ex Graecis in hoc fuisse secutos Theodoricum Neoplatonum (Theodoretum legendum puto) inter quos fuit etiam Damascenus. Vel dici potest, Damascenum solum velle, Filium, non habere quod producat Spiritum Sanctum, eo modo quo Pater illud habet: nam Pater illud habet à te, Filius vero à Patre, à quo per æternam generationem virtutem spiravit accepit. In quo etiam sensu Augustinus 15. de Trinit. cap. 17. dicit Spiritum Sanctum principaliiter à Patre procedere. Ideo (inquit) addidi principaliiter, quia & de Filio Spiritus Sanctus procedere reperiatur. Sed hoc quoque illa Pater dedit, non iam existent, & nondum habent, sed quidquid virginito Verbo dedit, gignendo dedit. Sic ergo enim genuit, ut etiam de illo donum commune procederet, & Spiritus Sanctus, Spiritus esset amborum.

§. IV.

Alia Difficultas resolvitur.

Supposita veritate fidei, quæ docet Spiritum Sanctum non solum à Patre, sed etiam à Filio procedere, inquirunt Theologi, ad si à Filio non procederet, distingueretur ab illo? Quæ lupi-

22.

23.

24.

25.

DISPUTATIO DECIMA

suppositio licet sit impossibilis, non est tamen inutilis. Sicut enim utiliter in scholis haec quæstiones agitantur: An si Deus non esset immutabilis, esset aternus? An si in Deo relationes non essent, manerent personæ distinctæ? An si homo non esset risibilis, esset distinctus ab equo? Prima ad investigandum, an immutabilitas sit ratio aternitatis? Secunda, ad intelligentiam rationem formalem constitutivam & distinctivam personarum. Tertia, ad dignoscendum quæ sit formalis ratio constituens hominem, & ipsum ab equo distinguens. Tametsi omnes ista suppositiones sint impossibilis. Ita pariter, quamvis suppositio à nobis facta impossibilis sit; quia tamen conductit ad intelligentiam rationem formalem distinctivam Filii à Spiritu Sancto, & ad refellendum Græcorum Schismaticorum errorem, otiosa & inutilis censeri non debet.

Dico igitur: Si Spiritus Sanctus à Filio non procederet, ab illo non distingueretur realiter. Ita D. Thomas hic art. 2. & omnes Thomistæ, contra Scotum, ejusque Discipulos in 1. diff. II. quest. 2.

26. Probatur primo ex Concilio Toletano 15. in confessione fidei, ubi de Spiritu Sancto dicitur: *Qui in sancta præfètura Trinitate tertia persona esse, pro eo quod à Patre Filioque condonatur: Ergo si non esset donum procedens à Patre & Filio, non esset tertia persona ab illis distincta.*

27. Probatur secundò conclusio ratione fundamentali. In divinis omnia sunt unum, ubi relationis oppositio non ob viat: At in hypothesi quod Spiritus Sanctus non procederet a Filio, non datur inter illos relationis oppositio: Ergo nec realis inter utrumque distinctio. Minor patet: nam omnis oppositio relativa in divinis in origine & processione unius personæ ab alia fundatur. Major verò probatur primo ex Concilio Toletano 2. in professione fidei, ubi de personis divinis loquens, sicut: *Hoc solum numerum infinitum, quod ad invicem sunt.*

Secundò ex Florentino sess. 13. ubi Joannes Theologus, ad disputandum contra Græcos ex Ordine Prædicatorum astupitus, sicut: *Sola relatio apud omnes tam Græcos quam Latinos Doctores, divinæ processiones personas multiplicat: cui etiam duæ illæ à quo & ad quod convenient.*

Quartò ex Boëtio libro de Trinitate circa finem, afferente quod sola relatio in divinis Trinitatem multiplicat.

Quintò ex Anselmo libro de Process. Spiritus Sancti cap. 2. propè principium, ubi docet quod Pater & Filius in omnibus unum sunt, nisi in his in quibus inter eos distinguit relationis oppositio.

Sextò probatur eadem Major ratione: Cum enim in omnibus perfectionibus absolutus sit inter personas divinas unitas perfectissima, in relationibus autem realis inter illas inveniatur distinctio, argumentum evidens est, solum relationis oppositionem causam esse realis distinctionis inter illas.

28. Respondeat aliqui, hanc rationem, & prælegata testimonia, solum probare distinctionem, quæ de facto inter personas divinas reperitur, ex relativa oppositione procedere, non vero quod ex hypothesi quod Spiritus Sanctus à Filio non

A procederet, non posset absque oppositione relativa realis inter illos salvare distinctio.

Sed hoc responso frivola est: Nam in divinis quidquid est possibile, de facto est, & quidquid de facto non est, omnino impossibile est. Ergo si de facto non datur distinctio in personis divinis, nisi ratione oppositionis relativa, fundata in origine, omnino impossibile est divinas personas alteras inter se distingui, quam oppositione relativa, fundata in origine; & consequenter quævis suppositio tollens inter Filium & Spiritum Sanctum relativa oppositionem in origine fundatam, tollit etiam realem utriusque distinctionem. Sicut quia rationalitas est formalis ratio distinguendi hominem à bruto, quacunque hypothesis, auctor rationalitatem ab homine, solit distinctiōne ejus à bruto.

Respondent secundo Scotorum, non esse idem oppositionem relationis, & oppositionem relativam; gaudet enim relatio duplice oppositione, una relativâ, & altera disparatâ. Quando ergo communiter Patres & Theologi affirmant, lam oppositionem relationis esse rationem distinctionis realis inter divinas personas, hoc non est intelligendum de oppositione relationis tantum relativa, sed vel de relativa, vel de disputata: in catu autem quæstiotis habet Spiritus Sanctus oppositionem relationis disparatam cum C Filio, eti non relativam, ac primum posset realiter ab eo distinguiri.

Hæc responso & doctrina præcipuum est Ad veteriorum fundamentum, & ferè unicum punctum, ac quod reducitur celebris hæc inter Angelici & suos Doctoris Discipulos controvicia. Unde contra illam multipliciter arguitur.

Primo: Aliqua est ad invicem, non venientia propriæ, nisi relativæ se habeant: Ergo personas divinas distinguunt per hoc quod ad invicem sunt, non salvatur cum proprietate, nisi distinctio ab oppositione relativa proveniat: Sed Concilium Toletanum verbis allegatis docet personas divinas inter se distingui, per hoc quod ad invicem sunt: Ergo intentur illas oppositionem relativam, non vero disparatam, inter distingui. Unde ibidem explicans qualiter persona divina ad invicem sunt, hoc subiungit: *Quod ergo Pater, non ad se, sed ad Filium est; & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est. Similiter spiritus Sanctus non ad se, sed ad Patrem & Filium relativa ne referuntur.*

Secondo: Joannes Theologus in Concilio Florentino ait, quod sola relatio divina processione personas multiplicat, & quod nulla alia ratio distinctionis & discriminis est in personis divinis, nisi per hoc quod una persona est altera: At hoc esset fallitum, si personæ divinae non solum oppositione relativâ, sed etiam disparatâ possent ab invicem distingui; nam ut una persona disparate se habeat ad alteram, non est necessarium quod ab illa procedat: Ergo prædicta responso Florentini doctrinæ contradicit. Item idem Joannes Theologus ibidem afferit, quod *sustentatio cum persona communicat, proprietas vero non aquaque communicabiles sunt;* quod quidem extollit rationis vi creditur evenire. Sed quod provenit ex vi relationis, ex oppositione relativa, non vero ex disparata oritur: Ergo incomunicabilitas, & per consequens distinctio divinarum personarum, ex sola oppositione relativa, non vero à disparata, provenit.

Terzù,

Tertio, Anselmus aliter quod in Divinis omnia: A sione adæquata produci, vel loquuntur de distinctione virtuali utriusque processionis, vel de distinctione reali? Si primum, fallum est non posse eundem terminum realiter duplice processione virtualiter distinguere; imo est impossibile quod processiones passiva solum virtualiter distinguantur, & quod illarum termini realiter inter se differant, cum passiva processio adæquata identificetur cum termino. Si secundum, est petitio principii: cum enim passiva origines in relatione consistant, aliter quod relations Spirati & Geniti distinguuntur realiter, quia passiva origines realiter distinguuntur, est idem pet idem respondere, & principium petere; nam quoad hoc eadem est difficultas, quomodo in praedicto casu distinguantur realiter origines, sine eo quod una ab altera sit, ac quomodo realiter differant relations, absque relativa oppositione.

Quarto, Distinctio quae oritur ex oppositione disparata, provenit ex finitate & limitatione: Sed processus divina infinita & illimitata sunt: Ergo unio oppositionis disparata ad invicem distinguuntur non possunt. Major patet in misericordia & gratia, amore & sapientia, quae sunt perfectio & oppositio disparata, & tamen in ente infinito, in quo omni imperfectione & limitatione careant, identificantur realiter. Unde D. Thomas querest. 7. de Potentia art. 8. ad 4. probat in Deo non esse aliquam oppositionem, quam relativa. Quia in aliis agentiis semper alterum est imperfectum: hoc autem in natura non operatur, imo utrumque considerari potest ut perfectum.

Confiratur: Si aliqua forma disparata, ratione oppositionis disparata, possent in Divinis distinguuntur realiter, maximè illa quae pertinent ad ordinem primi diversorum, ut sunt ratio entis absoluti & relativi, quia illa magis disparata sunt: Sed in Divinis ratio entis absoluti, & ratio relationis distinguuntur realiter; relations enim cum entia divina & perfectionibus absolutis realiter identificantur, ut disp. 3. ostensum est: Ergo distinctio ex oppositione disparata proveniens, locum non habet in Divinis.

Quinto, quod relations distinguant personam divinam, debet provenire à relationibus formaliter sumptis, & secundum oppositionem quellis solis competit: Sed distinguunt per relationes, non tamen formæ disparatae, sed distinguunt per illas, secundum oppositionem illis solis convenientem, quia oppositio disparata est communis formis absolutis & relativis: Ergo distinctio quae competit personis divinis ex relationibus, non provenit ex oppositione disparata, sed relativa.

Tenui probatur conclusio, & simul impugnatur praedictus solutio. Relatio spiratoris non est dubia, atque à paternitate & filiatione: At huius identitatis seu indistinctionis, nulla alia potest assignari ratio, quam carentia oppositionis relationis: Ergo sola oppositio relativa, est ratio distinctionis realis in persona divinis.

Respondet Scotista, negando Minorum. Dicunt enim rationem hujus indistinctionis non perereo quod illæ relations non opponuntur relatives inter se, sed quia opponuntur disparate relatives, sed ratione vel ex natura rei: Quid si ab illis queratur, cur relatio spiratoris realiter disparata non opponatur filiationi & paternitati, relatio autem spiratoris ex proprio conceptu opponatur realiter disparate relationi Geniti & Filii? Respondet cum subtili Doctore, rationem hujus distinctionis esse, quia non repugnat idem agens duplicitatione duos terminos producere, sicut repugnat eundem terminum duplice processione adæquata produci: unde cum relations spiratoris & Paternitatis super actionem ut in agente fundentur, relatio autem Geniti in passiva generatione, & relatio spiratoris in passiva processione, hinc sit quod relatio spiratoris reali oppositione disparata gaudet cum relatione Geniti, scilicet vero relatio spiratoris cum paternitate & filiatione.

Sed haec solutio non satisficit: Nam quando dicuntur terminum non posse duplice processione.

Temp. II.

A sione adæquata produci, vel loquuntur de distinctione virtuali utriusque processionis, vel de distinctione reali? Si primum, fallum est non posse eundem terminum realiter duplice processione virtualiter distinguere; imo est impossibile quod processiones passiva solum virtualiter distinguantur, & quod illarum termini realiter inter se differant, cum passiva processio adæquata identificetur cum termino. Si secundum, est petitio principii: cum enim passiva origines in relatione consistant, aliter quod relations Spirati & Geniti distinguuntur realiter, quia passiva origines realiter distinguuntur, est idem pet idem respondere, & principium petere; nam quoad hoc eadem est difficultas, quomodo in praedicto casu distinguantur realiter origines, sine eo quod una ab altera sit, ac quomodo realiter differant relations, absque relativa oppositione.

Praeterea, si ex creaturis argumentum sumitur; non videtur repugnat terminum productum cum actione sui principii, & aliquâ illius relatione identificari, quam eundem terminum duplice processione adæquata produci: At primo non obstante, filiatione producta in Divinis identificatur realiter cum actione spirativa Patris, & cum relatione spiratoris, quia inter filiationem & spirationem non datur relativa oppositio. Ergo non obstante secundo, relations Spirati & Geniti realiter identificabuntur, si ab illis auferatur relativa oppositio.

§. IV.

Solvuntur Objectiones.

Objectiones primæ: Tota ratio quare Spiritus Sanctus non distinguetur à Filio, si non procederet ab illo, est quia illi relativa non opponetur: Sed haec ratio nulla est: Ergo præcipuum nostræ sententia fundamentum corruerit. Major patet ex dictis §. præcedenti, Minor autem probatur: Tum quia filiatione realiter distinguuntur Filius à Spiritu Sancto, & tamen nulli relativa non opponetur, cum non referat Filium ad illam, sed ad Patrem: Tum etiam, quia si per impossibile Spiritus

Sanctus non procederet à Patre, sed à solo Filio, adhuc realiter distinguetur à Patre, cui tamen relativa non opponetur: Tum denique, quia tali Spiritu Sanctus relativa non opponetur Filio, processio ramen unus differet ab origine alterius; una enim esset per intellectum, & altera per voluntatem; & una haberet rationem generationis, non vero altera: Ergo quamvis Spiritus Sanctus non opponetur relativa Filio, sufficiens distinguetur ab illo. Unde Anselmus lib. de Process. Spiritus Sancti cap. 1. sic ait: Habet utique à Patre esse Filius ac Spiritus Sanctus, sed diversimode, quia alter nascendo, alter procedendo, ut alii per hoc sint ad invicem. Et postea subdit: Nam si per alias non essent plures Filius & spiritus Sanctus, per hoc solum essent diversi.

Respondeo concilia Majori, negando Minorum. Ad cuius primam probationem, respondet Suarez, filiationem, et si non referat Filium ad Spiritum Sanctum, esse tamen formalem terminum relationis Spirati, & hoc sufficere ut illi relativa opponatur. Displacet tamen haec solutio: Nam licet verum sit sufficere ad realem distinctionem, terminata formaliter relationem oppositam, falsum tamen est filiationem esse rationem formalem terminandi relationem spirati: ut enim docent nostri Thomista in Logica, eadem forma quæ est ratio referendi, est ratio terminandi relationem oppositam; quocirca ibi dicunt relation-

40.

41.

42.

Kk

ne

DISPUTATIO DECIMA

nes formaliter ad correlativa terminari: At filia. A rem personaliter subsistente, sed atmor personaliter subsistens, realiter & personaliter distinguitur à Filio. Ergo processio per voluntatem est sufficiens ratio distinguendi Spiritum Sanctum à Filio.

34. Respondeo ad primam illam probationem, quod licet Filius per filiationem non opponatur relativè formaliter Spiritui Sancto, illi tamen radicaliter opponitur, eò quod filatio sit radix relationis Spiratoris, quā Filius formaliter referuntur ad Spiritum Sanctum, eique relativè opponitur.

34. Neque obstat, si dicas, quod essentia divina est radix paternitatis, nec tamen propterea opponitur radicaliter filiationi, cui formaliter opponitur paternitas: Ergo similiter filatio non opponeat radicaliter Spirationi patrī, tēu Spiritui Sancto, ex eo quod sit radix spirationis activæ, seu relations Spiratoris, quā Filius relativè formaliter Spiritui Sancto opponitur. Non obstat, inquam: Respondetur enim, negando consequentiam & paritatem. Ratio discriminis est, quia essentia est aliquid absolutum, & radix communis omnium relationum, non peculiaris aliquis; & ideo nulli ex illis opponitur, nec ab aliqua illarum distinguuntur: Filatio vero non est aliquid absolutū, sed relativum; & ita est radix Spirationis activæ, seu relations Spiratoris, ut cum illa adaequetur, neque sit radix alterius.

35. Ad secundam probationem dicendum est, quod si Spiritus Sanctus procederet à solo Filio, adhuc opponeretur relativè mediare Patri, eò quod procederet mediare ab illo, quia Pater dat Filio virtutem, quā Spiraret Spiritum Sanctum, & ita mediare produceret Spiritum Sanctum; & hoc sufficeret ad distinguendum Patrem à Spiritu Sancto. In casu autem, quo Spiritus Sanctus non procederet à Filio, neque mediare neq; immediatè ipsi relativè opponeretur.

36. Dices: Essentia divina dat etiam Patri paternitatem, & tamen non opponitur Filio mediare: Ergo ex hoc, quod Pater dei Filio spirationem activam, non sequitur Patrem opponi mediare Spiritui Sancto.

Respondeo quod essentia divina dat paternitatem solum per virtualem emanationem, non autem per realem processionem, & oppositionem cum Patre: Pater autem dat Filio spirationem activam per realem processionem, & oppositionem cum illo; arque adeo Pater dat talem virtutem Filio, cum mediata oppositione cum Spiritu Sancto, non vero essentia Patri paternitatem, cum oppositione mediata cum filiatione; quia oppositio mediata cum uno, debet supponere immediatam cum alio, ratione cuius mediata dicatur opponi alteri.

37. Ad tertium probationem Minoris dicendum est, quod si Filius & Spiritus Sanctus relativè non opponerentur, processiones quibus producerentur non essent realiter inter se distinctæ: quia, ut docet D. Thomas *suprà quest. 27. art. 3. ad 3.* processio per voluntatem differt à processione per intellectum, ratione ordinis originis quem dicit ad illam: unde ordine originis sublatro, non esset duplex, sed una processio realiter, cum virtuali tantum distinctione: sicut voluntas in Deo virtualiter solum differt ab intellectu, & est posterior illo, origine tantum virtuali. Neque obstat quod una esset generatio, non vero altera: hoc enim solum arguit distinctionem specificam virtualem inter illas, non vero realem formalem.

38. Dices: Processio per voluntatem divinam essentialiter petit pro termino impulsum (tēu amo-

relati-
tivo;
tivis
tum
Spirit
omis-
Ha
pugna-
relativ
to alio
dimic
lum ab
realiter
relativ
Catec
lario
Vein
non p
men ch
non re
intone
as con
larem
tivis b
tioni p
adcor
hez di
& qua
elle po
nous
& illis
politici
non p
Catec
lis sit
impag
enda
mo ex
cum fi
st pro
tentio
no
den si
nem, f
solvit
Cajet
Sec
familia
tione
propr
Patri
sed pe
Spirit
Te
bols r
ionali
liter a
tome
Ad a
dens,
Ratio
Gia, e
quo
tira
grob

ri) per voluntatem, ut dicit ordinem ad principium quod, concedo Majorem: ut dicit solum ordinem ad principium quo, nego Majorem; & concessa Minori, distinguendum est Consequens distinctione Majoris.

Explicatur: Processio per voluntatem considerari potest penes ordinem ad principium formale, scilicet voluntatem, & penes ordinem ad principium quod, scilicet Patrem & Filium, ut in eadem virtute spirativa communicant. Ex primo ordine solum petit pro termino impulsu, substantem subsistenter abolutam: ex secundo petit impulsu personaliter substantem in natura divina. Cum ergo in predicta hypothesi non maneat processio per voluntatem cum ordine ad principium quod ad æquatum, scilicet Patrem & Filium, sed solum cum ordine ad voluntatem ut in Patre, consequens est quod non maneat cum exigentia termini formaliter constituentis personalis, sed adveniens personæ constitutus.

Ad testimoniū Anselmi, quod aperte videtur favere adversari sententia, respondent aliqui, il-

lum in hujus difficultatis resolutione fusile valde anxiū & dubium. Cui solutioni videtur acquisi-

escere ipse Scotus ubi sopra, dicens: *Nolo mul-
tim círcu ejus intentionem immorari. Sed melius re-
spondet cum D. Thoma quest. 10, de potent.*

art. 5. ad 2. Anselmum non ex propria sententia allegara verba prout ille, sed disputative canunt, supposita sententiā Græcorum, distinguendum realiter Spiritum Sanctum à Filio, per hoc lo-

*lum, quod Filius à Patre per intellectum, & re-
ram generationem producitur, Spiritus vero San-
ctus per voluntatem, & non nascendo, sed proce-
dere odo. Quod autem hæc interpretatio le-
gitima sit, inde colligitur, quod alias Anselmus*

*D sibi esset aperte contrarius: nam in illo libro de
processione Spiritus Sancti, quem adversus Græ-
cos compoluit, sive repetit, & inculcat vulgatum
illud Theologorum axioma: *In Divinis omnia sunt
idem, ubi relationis oppositio non obvia.**

Objicies tertio: In data hypothesi, quod Spiritus Sanctus non procedat à Filio, maneat in Filio ratio formalis, quæ illum de facto realiter distinguit à Spiritu Sancto: Ergo maneat Filius realiter à Spiritu Sancto distinctus, & è contra. Consequentia pater: manente enim ratione formalis, eff. Etus etiam formalis perficerat. Ante-

dens vero probatur: Ratio formalis distinguendi modo Filium à Spiritu Sancto, est filatio: At in illo casu filatio maneat in Filio: Ergo & ratio formalis, quæ illum distinguunt à Spiritu Sancto.

Major probatur: Id est ratio formalis distinguendi, quod est formalis ratio constituendi: At ratio formalis constituendi Filium in ratione persona, est filatio: Ergo etiam filatio est ratio formalis illum distinguendi à Spiritu Sancto.

Hic argumento, quod est præcipuum adversari sententia, fundamentum, responderet Cajetanus hic *art. 2.* negando filiationem esse rationem formalis distinguendi realiter Filium à Spiritu Sancto. Ad probationem autem, desumptam ex eo quod idem est constitutivum & distinguivum, dicit id esse verum in formis absolute, secus in relatis; nam sicut esse constitutione in ordine ad cor-

relativum, ita distinctione illius solum est a correlativa, unde quia filatio non refert Filium ad Spiritum sanctum, non distinguunt realiter ipsum a Spiritu sancto, sed ratio formalis hujus distinctionis est relatio Spiratoris.

Hanc solutionem & doctrinam Cajetani impugnare communiter Recentiores, ex eo quod relatio creata non solum a correlativo, sed etiam aliis distinguatur realiter, v.g. relatio similitudinis quae unum album ad alium refertur, non solum ab extremo simili distinguatur, & distinguunt realiter suum subjectum, sed etiam ab aliis, five relativis, five absolutis: Ergo falsum est quod Cajetanus allert, relationem solum a suo correllativo distinguere aut distinguui realiter.

Verum haec utores subtiler Cajetani mentem non percepunt: ille enim non negat relationem creatam distinguui realiter ab aliis ad quae non refertur: Sed duplum distinctionem in relatione considerat, unam ipsi & aliis praedicamentis communem, alteram ipsi propriam & peculiarem. Prima non est tantum respectu correlativa, bene tamen secunda: quia distinctione relationis peculiari, debet esse relativa, ac proinde ad correlativum solum petit terminari. Utique hac distinctione in relatione creata potest esse realis quia illi ob sui limitationem non debetur identitas cum his ad quae non refertur, & ad quae disputare se habet. In relatione vero divina illa solum distinctione quae peculiari est generi relativi, & quae ex oppositione relativa provenit, realis esse potest: quia (ut supra dicebamus) in relationibus & attributis divinis (ratione infinitatis & limitationis quae gaudent) distinctione ex oppositione disparata proveniens locum habere non potest.

Ceterum quamvis haec Cajetani solutio subtilis sit & acuta, & ab illis authoribus inefficaciter impugnetur, displicer tamen, nisi juxta infra dicta intelligatur & explicetur, & rejiciatur. Primo ex D. Thoma q[uo]d 10. de Patente art. 1. ubi cum sibi in argumento 11. objecisset, quod filatio ei proprietas realiter distinguens Filium a proportione, cui tamen relative non opponitur, non respondet negando filiationem distinguere Filium realiter a Spiritu sancto; sed ait, quod licet filatio non opponatur relativi processione, procedens tamen relative opponitur Filio. At si Filius non distinguatur a Spiritu sancto per filiationem, sed per spirationem, faciliter argumentum solveret, negando antecedens: Ergo doctrina ex Cajetano relata, ad mentem D. Thomae non est.

Secundo, Distinctio Filii a Spiritu sancto personalis est: Ergo a proprietate personali ut a ratione formalis praestari debet: At spiratio activa proprietas personalis non est, cum communis sit Patri & Filio. Ergo non per illam formaliter, sed per filiationem distinguatur realiter Filius a Spiritu sancto.

Tertiò, Filiatio ratione sui est incomunicabilis realiter Spiritui sancto; alias ratione sui personalitas non est: Ergo ratione sui Filium realiter a Spiritu sancto distinguunt. Hac ergo solutione praeferim.

Ad argumentum respondeo negando Antecedens: Ad hanc probationem, distinguendo Majorem: Ratio formalis distinguens Filium a Spiritu sancto, est filatio, sub expresso filiationis conceptu quo referatur ad patrem, nego Majorem. Prout quod distinguitur realiter a termino, ita nec id quod solum est conditio principii, petetur realiter a termino productio distinguiri.

A sub primo conceptu, concedo Minorem: sub secundo, nego Minorem, & Consequentiam.

Dices, esse radicem spirationis, est quid commune Patri & Filio: Ergo filatio non distinguunt personaliter Filium a Spiritu sancto, sub conceptu radicis spirationis, sed sub expresso filiationis conceptu. Consequentia videtur bona: nam id quod distinguunt personaliter Filium a Spiritu sancto, debet esse Filio proprium & peculiare.

Respondeo quod licet conceptus radicis ut sic communis sit Patri & Filio, talis tamen modus radicis peculiaris est filiationis, & sub isto personaliter distinguunt Filium a Spiritu sancto.

Juxta hanc solutionem, Cajetani doctrina supradicata impugnatur, potest verum sensum recipere: unde ibidem ex industria addidimus (nisi juxta infra dicenda intelligatur) nam si quando Cajetanus negat filiationem esse rationem formalem distinguendi realiter Filium a Spiritu sancto, id intelligentia de filiatione sub expresso filiationis conceptu quo refertur ad patrem, verum dicit: Iesus autem si id neget de filiatione prout est radix spirationis. Similiter cum addit, quod ratio formalis hujus distinctionis est relatio Spiratoris, hoc verum est de relatione Spiratoris, ut radicaliter contenta in filiatione, non a ute[m] de relatione Spiratoris in se formaliter considerata. Cum enim (ut supra dicebamus) distinctio Filii a Spiritu sancto personalis sit, a proprietate personali, ut a ratione formalis, debet procedere.

Objecies tertio: Dato quod Spiritus sanctus a Verbo tanquam a principio activo non procederet, si tamen Verbum esset conditio ad illius productionem necessaria, realiter distinguatur ab illo: Ergo in hypothesi facta in nostra disputatione, realis inter utrumque perseveraret distinctio. Consequentia patet, Antecedens probatur. Amor creatus distinguuntur realiter a Verbo, & tamen, juxta probabilitatem sententiam, non dependet ab illo ut a principio effectivo, sed solum ut a conditione ad ejus productionem necessariam requirita: Ergo similiter, esti Spiritus sanctus a Verbo tanquam a principio activo non procederet, si tamen Verbum esset conditio ad ejus productionem necessaria, ab illo distinguatur realiter.

Respondeo negando Antecedens: Ad cuius probationem, conceilio Antecedente, nego Consequentiam, & paritatem. Ratio discriminis est, quia in creatis, ob limitationem, non solum producens ut quod, sed eti[am] in principium quo, & conditio, seu complementum principii, petunt realiter a termino productio distinguiri. In Divinis autem, ob infinitatem, sicut principium quo non distinguuntur realiter a termino, ita nec id quod solum esset conditio principii, petret realiter a termino productio distinguiri.

Dices: Paternitas non est principium productivum sibi, sed tantum conditio vel complementum principii productivi, & tamen realiter a Filio distinguuntur: Ergo non solum in creatis, sed etiam in Divinis, id quod se habet per modum conditionis, aut complementi principii, petit realiter a termino productio distinguiri.

Sed nego Consequentiam. Paternitas enim non habet distinguui realiter a Filio, ex eo praeceps quod se habeat per modum conditionis, aut complementi principii productivi illius; sed quia est ipsa ratio referendi Patrem ad Filium, & quia concretum illius est principium producens ut quod.

ARTICULUS II.

An Spiritus Sanctus pro principio sui productio duas personas simul spirantes per se posselet?

62. **N**eget Scotus & ejus Discipuli in I. dist. 12. qu. 1. Affirmant D. Thomas locis infra allegandis, & alii Theologi communiter. Unde sit

S. I.

Conclusio affirmativa statuitur.

Dico breviter, Spiritum sanctum pro principio sui productivo per se duas personas exigere, Patrem scilicet & Filium.

63. Probatur primò ex D. Thoma h̄c art. 4. ad 1. ubi formaliter docet, quod si attendatur virtus spirativa, Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio, in quantum sunt unum in illa: si vero considerentur supposita spirationis, sic Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio, ut sunt plures; procedit enim ab eis ut amor unitivus duorum. Idem docet quāst. o. de Potentia art. 2. ad 15. his verbis: *Cum Spiritus Sanctus sit amor mutuus & nexus duorum, operet quod à duobus spiraretur. Et in I. dist. 11. quāst. 1. art. 2. & art. 4. ad 2. ponit distinctionem inter creationem & processionem. Spiritus sancti, in hoc quod creatio est actus trivium personarum, non secundum quod distinguuntur, sed secundum quod uniuntur in essentia: quia etiam per intellectum remotā distinctionē personarum, adhuc remanebit creatio; sed spiratio est actio conveniens pluribus suppositis secundum quod distinguuntur.*

64. Probatur etiam conclusio ratione: Spiritus sanctus ex vi sua proprietatis personalis quam modò habet, distinguitur realiter à Patre & Filio: Ergo per se, & ex vi eiusdem proprietatis personalis, postulat realiter ab illis procedere. Antecedens patet: quia non distinguitur ab illis per accidens, sed per se, atque ita non aude quā ex vi sua proprietatis personalis. Consequentia D verò probatur: quia realis distinctio in Divinis, non est nisi per oppositionem relativam, nec oppositionem relativam, nisi ratione originis unius personæ ab alia, ut patet ex dictis articulo precedenti.

65. Deinde, Amor per se petit procedere, non ab ipsa natura immediatè, ut à principio quod, defectu oppositionis relativæ, sed ab aliqua persona: Constat autem ex dictis ibidem, quod per se petit procedere à persona Verbi; nec potest negari quin etiam patet per se procedere à Patre, cum ille sit primum principium spirativum ut quod; & cum hoc ipsum quod Spiritus sanctus procedit à Filio, ipse Filius à Patre habeat, à quo ETERNALITER genitus est, ut in Concilio Florentino dicitur: *Superest igitur Spiritum sanctum per se postulare ad sui productionem, duas personas spirantes, scilicet Patrem & Filium.*

66. Tertiò id efficaciter suadet ratio, quā D. Thomas locis allegatis insinuat: Spiritus sanctus ex sua proprietate personali habet quod sit mutui ac reciproci amoris terminus: Sed amor non potest esse nec intelligi mutuus ac reciprocus, sine pluralitate suppositorum. Ergo Spiritus sanctus ex sua proprietate personali pro principio sui productivo pluralitatem suppositorum exposcit. Minor patet, Major autem probatur. Spiritus sanctus per se petit ex perfectissimo & secundis-

A simo amore procedere: Sed hujusmodi amor est amor amicitia mutuus ac reciprocus; ille enim multò perfectior est amore concepscentis, vel simplicis benevolentia: Ergo Spiritus sanctus ex sua proprietate personali exigit ex munio ac reciproco amore procedere.

Confirmatur: Spiritus sanctus ex vi sua professionis habet, quod sit nexus individualis Patris & Filii, ac suavissimum osculum utriusque; ut passim docent SS. Patres, praesertim D. Bernardus serm. 8. in Cant. cuius verba infra referuntur: *At hæc sine amore mutuo & suppositorum pluralitate intelligi nequeunt, ut patet: Ergo Spiritus sanctus, pro principio sui productivo, per se duas personas exigit.*

S. II.

Solvuntur objections.

O bjectum primum Scotista: Quando in uno supposito est adæquata virtus ad producendum aliquem terminum, per accidens ad productionem illius se habet suppositorum pluralitas: Sed in una solùm persona divina, v. g. in Pace, est adæquata vis spirativa, seu productiva Spiritus sancti: Ergo ad ejus productionem pluralitas suppositorum per se non requiritur, sed per accidens se habet.

C Confirmatur, & magis illustratur hæc ratio, Pluralitas personarum per se non concurredit productionem creaturarum, ut disp. 7. art 1. doctrinus: At id non alià ratione, nisi quia virtus productiva creaturarum est adæquate in qualibet persona, ratione Deitatis: Ergo si vis spirativa ratione Deitatis residet adæquare in Pace, dualitas personarum ad illius productionem per se non exigitur.

A Objectionem respondeo distinguendo Majorem: si in illo supposito ut adæquata virtus, & etiam omnis conditio à termino postulata, concedo Majorem: si aliqua conditio deficiat, nego Majorem; & concessa Minor, nego Consequentiā: nam licet in Patre sit adæquata virtus, non tamen est in illo omnis conditio à termino postulata, ut constat ex dictis. Unde ad confirmationem concessa Majori, nego Minorē: ideo enim pluralitas personarum per se non concurredit ad productionem creaturarum, quia in qualibet persona residet vis productiva, omnisque conditio à creaturis postulata.

Dices, si Patri deficit aliqua conditio ad productionem Spiritus sancti requisita, non erit perfectum illius principium: Sed hoc non est dicendum: Ergo nec illud.

Sed negatur sequela: Cum enim principii quod perfectio sumatur ex principio quo, & nihil ipsius ad principium quo dicitur Patrī aut Filios: licet cullibet illorum seorsim aliqua defit conditio, potest tamen quilibet dicti perfectum Spiritus sancti principium.

O bjectum secundum: Si per impossibile Patet sine Filio maneret, posset spirare, & Spiritus sanctum producere: Tum quia id suppositionis articulo precedentis: Tum etiam quia adhuc Patet haberet voluntatem secundam: Ergo Spiritus sanctus non petit per se à Patre & Filio procedere. Consequentia pater: quia non alià ratione disp. 7. probavimus, Trinitatem per sonarum non concurrere per se ad creaturarum productionem, nisi quia, si per impossibile Deus esset unus & non trinus, adhuc remanerent creaturae.

Re:

Respondeo distinguendo Antecedens: posset A producere Spiritum Sanctum, qui esset ejusdem rationis adaequatè cum Spiritu Sancto, qui de factu datur, nego. Antecedens; qui non esset adaequatè ejusdem rationis, transeat Antecedens, & diliguo Consequens: Ergo procedere à duabus personis non est de ratione Spiritus Sancti, adaequatè considerari nego: inadæquatè considerari, concedo. Solus ex solo Pater procederet, ceteret Spiritus Sanctus à solo Patre procederet, ceteret aliquæ proprietate personali, quam habet ex via processionis, scilicet esse terminum mutuus, & suavissimum durarum personarum nem & osculum.

Iustificabis: In data hypothesi Spiritus Sanctus manaret terrenius mutui amoris: Ergo esset ejusdem rationis adaequatè cum Spiritu Sancto, qui de facto datur. Antecedens probatur: quia procederet ex amore, quo Pater & Spiritus Sanctus se mutuo diligenter: Ergo procederet ut terminus mutui amoris.

Respondeo negando Antecedens. Ad probationem, distinguo Antecedens: procederet ex amore, quo Pater & Spiritus Sanctus se mutuo diligenter, quatenus esset Patis subjectivè, & Spiritus Sancti objectivè, concedo. Antecedens: quatenus esset utriusque subjectivè, seu principiativè, nego. Antecedens, & Consequentiam, Amorem solum intelligi: ut mutuus adaequatè, quando est subjectivè seu principiativè à duabus suppositis diligenteribus, non verò quando est unus principiativè, & objectivè solum alterius.

Opinacione tertio: Ratio mutui nullam addit per se in amorem divinum: Ergo ex eo, quod Spiritus Sanctus poterat procedere ex amore, non rechè infertur, postulare per se procedere ex amore mutuo, quo le diligunt Pater & Filius. Antecedens probatur: Nam rationem solum addit vel relationem rationis, vel relationes reales personales: At relatio rationis perfectio non est; clariores etiam personales, perfectio enim essentia non addant, ut dicitur. videtur: Ergo ratio mutui nihil addit perfectionis ad amorem divinum essentiale.

Respondeo primo, quod licet ratio mutui non addat perfectionem, addit tamen n. o. dum perfections aucti essentiales, & illius complementum; & hoc sufficit, ut Spiritus Sanctus per se procedere poterat ex amore mutuo; quia procedere debet ex amore essentiali, ut completo, & terminato, & quasi affectu modo libidebito. Sicut in Tractatu de Beatusudine docent nostri Thomistæ, quod licet relationes divinae perfectionem ad essentiam non addant, non tamen foret beatus ille, qui essentiam divinam videt et sine persona, dico per impossibile quod ita contingere: quia de ratione beatitudinis est, non solum perfections divinas videat, sed etiam illarum modos, & ad illas prout sunt in le terminati.

Respondeo secundum cum Salmanticensibus his cap. 15. dubio 5, quod licet relationes & ratio mutui non addant ad amorem essentialem perfections entitative, addant tamen explicativè, & argumentive: quia si Deus non convenirent, ex hoc negaretur in illo alienus perfections defectus. Unde cum Spiritus Sanctus poterat procedere ex amore essentiali, ut explicante omnem perfections, poterat procedere ab illo, ut terminato & modis caro relationibus paternitatis, & filiationis, & per consequens ex amore mutuo Patria & Filii.

ARTICULUS III.

An Pater & Filius propriè sint, dicanturque unum Spiritus Sancti principium?

Ratio dubitandi est, quia licet in Patre & Filiis sit una virtus spirativa, solum tamen duo supposita spirantia, & per se ad spirandum requiri: Ergo vel dieendi sunt duo principia, & non unum Spiritus Sancti principium, vel unum & duo. Consequentia probatur: Ad actionem enim non solum concurrit principium quo, sed etiam suppositum agens ut quod: Ergo si Pater & Filius sicut plura supposita spirantia ut quod, dici debent plura principia, & non unum, vel ad minus unum & pluram primum, ratione unitatis virtutis; secundum, ratione pluralitatis suppositorum.

Hoc argumento convicti Durandus & Gregorius docuerunt Patrem & Filium duo Spiritus Sancti principia posse dici. Gabriel verò & Okam unum, & plura.

Sed hæc tentatio, ut erronea vel temeraria, communiter rejicitur, præsertim ob definitionem Concilii Lugdunensis, relataam in cap. fidelis de sum. Trinit. & fide Cathol. in sexto, ubi damnantur illi, qui temerario ansi afferere presumperint, quod Spiritus Sanctus à Patre & Filio, tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat. Item in Florentino in litteris sanctæ unionis, duo ab omnibus Christianis tanquam de fide credenda lanciuntur: primum, quod Spiritus Sanctus à Patre & Filiō producitur; secundum, quod ex unoque, tanquam ab uno principio, & unicâ spiratione procedit. Ubi particula illa, tanquam, non est diminuenda, ut dicit Gregorius, sed expressiva, seu explicativa: sicut cum Joann. 1. dicitur: Vidi nos gloriam eis, gloriam quasi unigeniti à Patre.

Eadem veritas suaderi potest duplice ratione. D. Thomæ hic art. 4. Prima est, quia Pater & Filius in omnibus sunt unum, in quibus non obviat relationis oppositio: At in hoc quod est esse Spiritus Sancti principium, non opponuntur relativè: Ergo sunt unum principium.

Secunda ratio tumitur ex differentia, que inter nomen substantivum & adjективum reperiatur: primum enim, quia formam per modum per se stantis significat, ad sui pluralitatem perit pluralitatem formæ significatae; adjективum verò, quia significat formam ut secum non afferentem proprium suppositum, sed ut alteri adjacentem, numerum non à forma, sed à subjectis accipit: At hoc nomen, principium spiritus Sancti, substantivum est, & forma significata (virus scilicet spirava) non plurificatur in Patre & Filiō, sed unica in illis est, sicut & unica essentia ac voluntas: Ergo Pater & Filius sunt, & dici debent, non duo principia Spiritus Sancti, sed cum proprietate unum.

Ad rationem verò dubitandi Molina hic dicitur. 2. Nazarius controv. 2. & Beccanu tract. de Trinit. cap. 6. respondent principium spirativum non suppone, & immediatè pro Patre & Filiō, sed pro Spiratore ut quod, utriusque communis, & ratione ab illis distincto, consilente in relatione spirationis, subsistente ut quod in natura & voluntate divina. Unde sicut non obstante quod tres personæ divinae personalitate distinguantur, dicuntur unus Deus, & unus Creator, & quod

Kk;

hic

DISPUTATIO DECIMA

- hic Deus ut subsistens, unus sit, & illis communis ita Pater & Filius sunt unum Spiritus Sancti principium, quia in una ratione Spiratoris subsistent ut quod convenient.
81. Hac tamen solutio & doctrina displicer communiter nostris Thomistis. Et rejicitur primò; quia D. Thomas hic art. 4. ut salvet, Patrem & Filium esse unum principium spirativum, non recurrat ad unum subsistens, distinctum ratione à Patre & Filio, sed ad unam virtutem spirativam, ut constabit ex infra dicendis.
82. Secundò; quia idem S. Doctor ibidem in respons. ad 4. docet in hac propositione, Pater & Filius sunt unum principium spiratus Sancti, prædicatum non habere determinatam suppositionem: At si daretur hic Spirator communis, subsistens ut quod, pro quo ly principium supponeret, prædicatum determinatam suppositione gauderer; sicut prædicatum hujus propositionis, Tres persona sunt in Deo, determinatè supponit, quia prioriā relationes Deitas subsistens ut quod: Ergo D. Thomas non admittit unum subsistens distinctum ratione à Patre & Filio.
83. Tertiò; idem Doctor angelicus in 1. diff. 11. quaff. 1. artic. 4. ad 2. inter creatorem & spirationem hoc diliciter constituit, quod illa est actio naturæ, ista verò personalis: At prima, quia non est notionalis seu personalis, petit pro principio subsistens ut quod, toti Trinitati communis: Ergo quia spiratio est notionalis ac personalis, petit à persona solum provenire; & consequenter subsistens commune Patri & Filio non poterit esse principium spirans ut quod.
84. Quartò; Spiratio activa non afferit secundum propriam subsistentiam: Ergo principium spirativum non est unum subsistens distinctum virtualiter à Patre & Filio. Consequentia patet, Antecedens probatur. Subsistens duplificiter accipitur, vel pro perficitate opposita dependente ab alio, ut sustentante, vel pro perficitate opposita communicationi, ut supra ostentum est: At ratio spirationis ratione sui formaliter non est subsistens in priori acceptione; cù n (ut ibidem demonstravimus) alias relationes ratione sui subsistens sic accepta non gaudent; sed solum ratione essentiæ, quæ in illis includitur, nec etiam in secunda acceptione, alias esset personalitas: Ergo &c.
85. Denique, Pater in Divinis est primum spirandi principium: At si daretur subsistens commune spirans ut quod, virtualiter à Patre & Filio distinctum, Pater non esset primum spirandi principium, sed potius illud commune subsistens: Ergo &c. Hac ergo solutione rejicitur.
86. Ad rationem dubitandi respondeo, concessio Antecedens, negando Consequentiam. Ad cuius probationem, nego etiam Consequentialm, ob rationem traditam, probando nostram sententiam: quia scilicet principium, nomine substantivum est, & idcirco ad sui pluritatem in multiplicationem formæ desiderat. Quia ergo, et si duo sint supposita, est tamen una virtus spirativa, de formalis significata nomine principii spirativi, hinc sit, quod Pater & Filius non dicantur duo principia spirativa, propter suppositorum pluritatem; sed unum, propter unitatem spirativa virtutis. Sicut tres personæ SS. Trinitatis appellari non possunt plures Dii: quia licet sine plura supposita, forma tamen significata hoc nomine, Deus, scilicet Deitas, seu natura divina, una est in illis & immultiplicata.

A Dices, si plures personæ divinae eandem humanitatem assumherent, dicerentur plures homines, ut docet Cajetanus 3. parte quæst. 3. art. 6. & 7. Ergo licet unica sit virtus spirativa in Patre & Filio, poterunt tamen, propter suppositorum pluralitatem, plura principia appellari.

Respondeo primò negando Antecedens: hæc enim sententia Cajetani rejicitur communiter à Thomistis in Tractatu de Incarnatione, ubi docent, quod si plures personæ divinae unam naturam assumherent, vel una persona plures naturas, non essent plures homines, sed unus; de quo ibidem dicimus.

B Respondeo secundò, dato Antecedente, negando Consequentialm & paritatem. Nam qui sententiam Cajetani tenent, fundatur in eo quod iste terminus, homo, dictus de divinis personis, haberet proprietates alias termini adjectivi; quia humanitas eis adveniret, absque identitatem cum illis: principium autem de Patre & Filio, & Deus de tribus personis, substantiæ omnino dicuntur, & ideo dispar est ratio.

C Dices rursus: Quando dicitur quod Pater & Filius sunt unum principium spiratus Sancti, non potest assignari aliquid, pro quo supponit ly unum principium: Ergo vel non sunt unum principium, vel falso admetti debet Spirator communis subsistens, pro quo supponat, ut docent Molina & Nazarius. Consequientia patet, Antecedens probatur. Ly unum principium non supponit pro Patre, alias falsò de Filio diceretur; nec pro Filio, alias non posset vere affirmari de Patre; nec pro utroque simul, alias de nullo illorum seorsim posse enunciari: Ergo nihil pro quo supponat assignari potest; præterea, si huic Spiratori communis subsistencia denegetur.

D Respondeo negando Antecedens, ad cuius probationem dicendum est, in hac propositione: Pater & Filius sunt unum principium spiratus Sancti, ly unum principium, supponere pro Patre & Filio copulativè, seu collectivè; ex quo non sequitur, non posse vere affirmari de Patre & Filio seorsim: nam quando de illis sic prædicatur, non supponit collectivè pro utroque, sed pro subsistente in virtute spirativa, communis utriusque communitate reali ex parte virtutis, & communitate solum per rationem ex parte subsistentiæ, non verò reali, ut existimat Molina & Nazarius. Quod recte declarat exemplum hujus propositionis: Pater & mater sunt causa filii: in qua prædicatum pro utroque parente supponit, quia umerus ad generationem filii requiritur. In his tamen propositionibus: Pater est causa filii: mater est causa filii: prædicatum non supponit collectivè pro utroque, sed pro principio filii abesse ab activo & passivo.

E Ex quo intelliges, quod dum S. Thomas hic art. 4. ad 4. dicit prædicatum hujus propositionis: Pater & Filius sunt unum principium spiratus Sancti: non habere suppositionem determinatam, sed confusam pro dubiis personis; non sumit ibi suppositionem confusam in rigore dialectico, sicut quando dicitur, alter oculus necessarius ad videndum; sed per suppositionem confusam, intelligi copulativam, seu collectivam; & solum intendit docere, quod sumendo principium Spiritus sancti adæquare, ut dicit virtutem spirativam, & omnem conditionem ad spirandum necessariam, non supponit determinatè pro Patre, nec determinatè pro Filio, sed pro

DE PERSONA SPIRITVS SANCTI.

263

pro Patre & Filio, per modum eiusdem collectio-
nem. Sicut in creatis quando dicitur, quod pa-
ter & mater sunt causa filii; filii, causa, sumatur
etiam pro principio totali & ad quatuor gene-
rationes, nec pro solo patre, nec pro sola matre
sufficiunt, sed pro utroque parente, per modum
eiusdem collectionis. Ita enim explicat S.
Doctor ibidem in respons. ad 6. ubi ait,
quod ipsi principium, supponit confusè & indistinctè
principia perfunda simil.

Ex dictis colliges, quod licet Pater & Filius
concessum dici duo Spiratores, possunt tamen
duo Spirantes appellari: quia ut ait S. Thomas
in respons. ad 7. spirans, nomen adjecti-
vum est Spirator vero, substantivum: unde Pater &
Filius sunt duo Spirantes, propter pluralitatem supposi-
tionis autem duo Spiratores, propter unum Spir-
antem. Et in hoc sensu ibidem docet intelligentia
de Hilarione, cum dixit 1. de Trinit. spir-
antem sanctam esse à Patre & Filio auctoribus ibi enim
inquit: ponitur substantivum pro adjectivo.

A complemento hujus disputationis, quares
primo, quam relationem potentia spirativa de
connotato importet? an relationem spirationis,
an vero relationes Paternitatis & Filiationis?

Respondeo illam de connotato importare re-
lationem Spiratoris, paternitatem vero & filia-
tionem, et locum conditions requisitas in prin-
cipio Spirante ut quod. Ita intelligitur ex D.

Iuliano hic art. 4. ad 1. ubi ait: si attendatur vir-
tus spirativa. Spiritus Sanctus procedit à Patre & Fi-
lio, in quantum sunt unum in virtute spirativa, que
qualiter significat naturam cum proprietate. Ut
autem insinuat, quoniam esset illa proprietas,
disponit; Neque isti inconveniens unam proprietatem
difficiliter supponit, in quibus est una natura. Qui-
bus verbis manifeste declarat, quod propriae-
tates illae, quam importat virtus spirativa simul cum
natura, et relatione Spirantis activa: quia illa
sunt communis Patri & Filio.

Ratio etiam id suadet: Id enim est connota-
tum à principio quo produtivo, quo principiu-
m quod recipit terminum producit; cum no-
natur principiu intelligi sine ordine ad terminum.
Ac Pater & Filius non respiciunt Spiritum
sanctum per paternitatem & filiationem, sed per
relationem Spiratoris: Ergo non paternitas &
filio, sed relatione Spiratoris connotatur à prin-
cipio quo spirativo.

Praterea, si potentia spirativa paternitatem
filiationem de connotato importaret, non esset
communis Patri & Filio: quia nulli ex illis ad-
dicatum illius connotatum competere nam nec
Paternitatem, nec Filio paternitas competit.

Dices: Spiritus Sanctus per se procedit ex a-
more nostro, ut articulo precedenti ostendimus:
Sed amor non potest esse mutuus nisi paternitas
& filio, in principio spirativo intelligantur:
Ergo paternitatem & filiationem de connotato
importat.

Respondeo distinguendo Minorem: nisi in
principio spirativo intelligantur, in principio
spirativo nequod, concedo Minorem: in prin-
cipio spirativo ut quo, nego Minorem, & Con-
tempnam. Ut enim amor sit & intelligatur
mutuus, sufficit quod paternitas & filatio sint
conditions requisita in principio spirante, ut
quod, non autem requiritur quod sint connota-
tum seu complementum potentia spirativa, seu
principio spirativum quo.

Dices rursum: Relatio solam ponitur ex parte

A principii, ut aliquo modo realiter distinguitur à
termino: Sed per paternitatem & filiationem
principium spirativum sufficenter à Spiritu San-
cto distinguitur: Ergo per illas sufficenter com-
pletur in ratione principii.

Respondeo primò negando Majorem: nam
etiam relatio ponitur ex parte principii, ut ter-
minum sub ratione produci resipiat, quod per
paternitatem & filiationem principium spirati-
vum habere non posset.

Secundò respondeo negando Minorem; licet
enim per paternitatem & filiationem Pater & Fi-
lius realiter à Spiritu Sancto distinguantur, illa
tamen distinctione est solum radicalis, & veluti in-
choariva; quia non provenit à paternitate &
filiatione, nihil quatenus radicaliter continent
Spirationem; unde ista adhuc requiritur, ut for-
maliter & completere à Spiritu Sancto distinguan-
tur.

Quares secundò, ex quorum amore Spiritus
sanctus procedat?

Hujus questionis resolutio facile haberi posset ex
dictis supra de Processione Verbi: unde breviter
respondeo, Spiritum sanctum procedere ex a-
more omnium quae sunt formaliter in Deo, id est
essentia, attributorum, & personarum non vero
ex amore creaturarum, sive possibilium, sive
existentium, sive futurarum, quae in Deo emi-
nenter tantum continentur.

Prima pars hujus respondentis patet, nam Spi-
ritus Sanctus procedit ex amore perfectissimo:
Sed amor perfectissimus, est amor omnium quae
sunt formaliter in Deo: Ergo Spiritus Sanctus
procedit ex amore omnium quae sunt formaliter
in Deo; hoc est essentia, attributorum, & perso-
narum.

Secunda vero probatur: Creaturae possibles
non sunt diligibiles à Deo, vel eò quod in statu
mera possibilis omni bonitate carcent, ita
liqui existimant: vel quia licet gaudent bonita-
te transcendentali, quae dicit integratatem in pro-
prio ordine, carant tamen bonitate formalis, quae
consistit in convenientia respectu alterius, ut alii
probabiliter sentiunt: de quo diximus in Tracta-
tu de Voluntate Dei.

Tertia etiam pars ostenditur: Processio Spi-
ritus sancti est naturalis & necessaria. Sed amor
creaturarum, sive existentium, sive futurarum,
est liber: Ergo non potest per se concurre ad
processionem Spiritus Sancti, sed ad illam merè
per accidens & concomitante se habet; sicut di-
ximus de scientia futurorum contingitum in
ordine ad productionem Verbi. Unde quando S.
Thomas hic art. 2. ad 3. ait: Sicut Pater dicit e., &
enim creaturam, Verbo quod genuit, ita diligit se, &
omnem creaturam, Spiritu Sancto: solum intendit,
quod sicut cognitione productiva Verbi, concomi-
tantem, extendit ad creaturas existentes & fu-
turatas; ita amor quo Spiritus Sanctus producitur,
concomitante ad illas terminatur. Quod etiam
significare voluit D. Bernardus, cum in Tractatu
de vita solitaria docuit, quod in osculo Patris &
Fili, ex quo Spiritus Sanctus procedit, medium
quocammodo se inventa anima sancta. Per hoc
enim solum intendit, quod eodem amore &
osculo, quo Pater & Filius Spiritum sanctum
producunt, electos suos secundario, vel
concomitante diligunt, & veluti
osculantur.

Diss. 2.
Art. 4.
§. 3.

21.

DIGRESSIO PRIMA.

De tribus Nominibus Spiritui Sancto propriis.

Quælibet ex personis divinis tria sibi propria habet & peculiaria nomina: Patris, Ingredi, & tantalis principi, prima: Filii, Verbi, & Imaginis, secunda: Spiritus Sancti, Amoris, & Domini, tertia. De primo tertie persona nomine agit D. Thomas quest. 36. art. 1. de aliis vero quest. 37. & 38. Nos vero de illis in hac Digressione breviter differemus.

§. I.

Cur tertia sanctissima Trinitatis persona Spiritus Sanctus appelletur.

VARIIS solent hujus nominis assignari rationes. Prima sumitur ex D. Thoma 4. contra Gent. cap. 19. ubi sic discurrit: *Quia amatum in voluntate existit, ut inclinans, & quodammodo impellens intrinsecus amantem in ipsam rem amantem, impulsus autem rei viventis ab interiori, ad spiritum pertinet; convenit Deo per modum amoris procedenti, ut spiritus dicatur, eue spiratione quasi quâdam aspiratione existente. Hinc est quod Apostolus spiritui & amori impulsu quendam attribuit: dicitur enim ad Rom. 8. *Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. Et 2. ad Corinth. 5. Charitas Christi igitur nos.**

Indo quod Spiritus Sancti processio plures & egrediascum respiratione nostra habet similitudines & analogias. Sicut enim ab interiori corporis, nempe à corde, pulmone, & visceribus, respiratio provenit, ita & dilectio quæ Spiritus Sanctus procedit, intima ac visceralis est, & ex infinita Patris ac Filii beatitudine proveniens. Sicut respiratio à calore cordis cauatur, ita & divina illa spiratio ex infinito charitatis ardore procedit. Sicut respiratio continua est, & nunquam interrupitur, quandiu homo vivit; ita & suavissima illa Patris & Filii dilectio & spiratio, aeterna est, & omnis successionis ac vicissitudinis expers. Sicut respiratio est actio maximè vitalis, & vita corporeæ conservativa; ita & illa dilectio est perfectissima vita divina operatio. Unde Athanasius relatus à D. Thoma opusc. 1. cap. 7. de Arianiis loquens, qui negabant Filium & Spiritum Sanctum esse consubstantiales Patri, sic ait: *Mutum faciant Patrem & sine verbo, qui omnibus rationalibus facultatem dedit loquendi. Mortuum etiam ipsum Patrem dicunt, & expertem viventis naturæ, in quantum scilicet negant Spiritum Sanctum coessentiam Patri. Illi concinuit Cornelius Muisius, dum in libro de divina Historia hoc scribit: An non habet Verbum Deus, ut sit mutus? An non habet Spiritum, ut sit mortuus? Loquitur Deus, & eruat Verbum: vivit Deus, & spirat Spiritum. Verè inquam spirat, non emittit solum, sed attrahit & retinet. Se homo emitteret spiritum, & non attraheret, non viveret. Porro alium aërem attrahit, alium remittit, spirat, ut respiret. At vero Deus emundat spiritum a se emittit, & in seipso retinet: ideoque non tantum spirat, sed etiam respirat. Denique sicut respiratio foveat calorem natum, & nimium cordis ac pulmonum ardorem, dulci refrigerio temperat: ita Spiritus Sanctus in nobis ardorem concupiscentiae refrigerat,*

A & divini amoris calorem & flamman, suavissimo suarum inspirationum flau nutrit & fovet. Unde ab Ecclesia, in astutopieries, ac dulce refrigerium appellatur.

Itaque cum tercia sanctissima Trinitatis persona, à Patre & Filio, ut suavissimus utrinque halitus, & aura leni procedat; ejus processio, spiratio convenienter appellatur, & illi nomen Spiritus recte convenit: præsternit cum fit veluti osculum Patris & Filii, ut infra ex D. Bernardo referemus. Sicut enim persona se foliantes spiritum & halitum è corde emitunt, & immittunt ad invicem: ita Pater osculando Filium, sacram amoris sui auram efflat; quæ (ut infra ostendemus) nedum ipse vivit, sed omnia extra se vivificat.

Præterea nomen *Spiritus* ideo tertie appropriatur personæ, quod suis donis nos spirimales efficiat, & in quandam divina spiritualitatis trahat participationem. Unde Magister in 1. distinctione 18. dicit duplum nos accipere à Deo Spiritum, unum quo essemus, & alium quo sancti & spirituales essemus. Nam spiritu creato, qui est anima rationalis, sumus; spiritu autem increato, qui est Spiritus Sanctus, spirituales & sancti sumus. Homo enim (inquit Basilius) Spiritu Sancto sanctum animal facit est. Ut trunque Spiritum Deus Adamo in sua creatione infundit, juxta illud Genes. 2. *Formavit hominem de lino terra, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vite. Sed quia per peccatum spiritum gratia & charitatis amisit; ejus culpa condigna satisfactio ne delecta, Christus post mortem & resurrectionem suam, rursus influvavit, & dixit Discipulis suis: Accipite Spiritum Sanctum. Ita prædictus Ambrosius, verba allegata Genes. expendens: *Inflaverat tibi Deus (inquit) in inspiratione su dono haberes gratiam, quam culpa signata est. Et eras in animam viventem sed quia peccator signatum tenere non posuit propterea venit iste, & ob haec dixisset, influvavit dicens: Accipite Spiritum Sanctum.**

spiritualitati convenienter adjungitur sanctitas, & tercia sanctissima Trinitatis persona, mea ita spiritus sanctus muncipatur. Licit enim sanctitas sit aliquod attributum, tribus personis commune, ut sacrum declarat trisagium, quod Seraphici Spiritus Isaie 6. decantat: specialiter tamen titulus Spiritui Sancto tribuitur, quia illi ex vi processionis, & ratione proprietatis personalis convenit, ut docet sanctus Thomas in dist. 10. qu. 1. art. 4. ad 4. ubi sic discurreat: *In opere naturæ non est inventare rectum & non rectum, quia natura semper eodem modo operatur bene tam in opere voluntatis; quia voluntas non semper eodem modo operatur: & ideo convenienter sanctitas, quæ rectitudinem voluntatis importat, adjungit processionis Amoris, & non generationi, quæ est opera naturæ.*

Confirmatur: si Actus charitatis (quæ est filium quædam imperfecta divini amoris participatione, & veluti quædam scintilla, ex illo purissimo divina charitatis igne in cor humanum proportionem) perfectissime creaturam rationalem sanctificat, & omnia ejus delet peccata, juxta illud Christi de Magdalena: *vinnissima sunt ei peccata multa, quoniam dixit multum, quando magis perfectissima illa dilectio, & suavissima Patris ac Filii spiratio, erit actus infinita sanctitatis, & terminus illius purissimum & sanctissimum.*

Deinde divinus ille Spiritus, redit sanctus appd.

appellari potest; quia est creatura rationalis sanctificans & sanctius sanctitatis fons & origo. Nam, ut respondeatur Doctor angelicus in 1. dist. 15. quest. 5. art. 1. ad 1. & in compendio Theologiae cap. 47. sanctum tribus modis sumitur: Primo propter quod est purum ac mundum; & sic sanctificatio dicitur emundatio a peccato per gratiam. Secundo sanctum idem est quod cultus divino deputatum & consecratum; & hoc modo dicitur templum sanctificari, sicut & vasa quae ad ministerium templi serviant; sed multo magis ratione creatura, quando ad obsequium Dei applicatur. Tertio sanctum idem est quod firmum, seu in bono confirmatum. Et in his tribus modis sanctitas Spiritus Sancto appropriatur. Ille enim per infusionem gratie sanctificantis creaturem rationalem mundat & purificat; & ubi a terrenis affectibus humana corda separavit, illa Deo arcuam charitatis nexu conjungit. Ex quo secundus猝um sanctitatis radius, videlicet conscientia & divino cultui additio & applicatio: amor enim est principium ordinationis in Deum, & super quod maximus dedicamus & consecraremus Deo. Et tandem animam a terrenis affectibus separatam, & Deo consecratam, in virtute firmiter ac confirmat, illi que immobilitatem quantum in bono tribuit; quae tertius est sanctitatis status, seu character.

§. II.

Car Spiritus Sanctus, amor appelleatur?

Secundum Spiritus Sancti nomen est amor, quod duplicitate ei convenit: Primo ex via operationis & proprietatis personalis. Sic enim ex numero, quod aliquis rem aliquam intelligit, provenientia intellectus conceptio recte in intellectu in intelligenti, quae dicitur verbum: ita enim, quod aliquis rem aliquam amat, provenit eodem imprestito, ut ita loquar, rei amatae in affectuam, secundum quam amatum dicitur sicut amante, sicut & intellectum in intelligenti. Et huc amor seu impulsus appellari solet, ut supra 2. art. 4. ex S. Doctore ostendimus.

Secundo Spiritus Sanctus amor nuncupatur, ratione sua operationis, quatenus scilicet nos reddit amantes, nobis infundendo gratiam & charitatem, per quam amici & amatores Dei constitutur, iuxta illud Apostoli ad Romanos 5. *Charitatem diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Nam ut discutit S. Thomas 4. contra Gentiles cap. 2. 1. ea qua à Deo innobescunt reducuntur in Deum, sicut in causam efficientem & exemplarem: in causam quidem efficientem, in quantum virtute operativa Dei aliquid in nobis efficit: in causam vero exemplarem, secundum quod id, quod in nobis à Deo est, aliquo modo Deum imitatur. Cum ergo eadem virtus sit Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, sicut & eadem essentia, oportet quod omne id, quod Deus in nobis efficit, sit sicut à causa efficiente, simul à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Verbum tamen sapientia, quo Deum cognoscimus, est proprius representativum Filii, & similiter amor, quo Deum diligimus, est proprium representationum Spiritus Sancti; & sic charitas qua in nobis est, quamvis sit effectus Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, tamen speciali quadam ratione dicitur esse in nobis per Spiritum Sanctum, iuxta illud A-

A postoli ad Romanos 5. *Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis.* Ad quod respiciens Bernardus Epist. 107. sic exclamat: O geminum, ipsiusque firmissimum Dei erga nos amoris argumentum! Christus moritur, & meretur amari. Spiritus affect, & facit amari. Ille facit cur ameritur, iste ut ameritur. Ille suam multam dilectionem in nobis commendat, iste & dar. In illo cernimus quod amemus, ab isto sumimus unde amemus. Charitatis igitur ab illo occasio, ex isto affectio.

§. III.

Cur nomen Doni Spiriti Sancto attribuatur?

B Tertium nomen Spiritus Sancti est *Donum*, quod etiam personali proprietate ei competit. Ut enim iam ostendimus, Spiritus Sanctus procedit ut amor notionalis Patris & Filii; amor autem est primum donum quod conferatur amico, & ad quod cetera consequuntur: Ergo Spiritus Sanctus ex sua proprietate personali habet quod sit *Donum*.

Confirmatur, & illustratur haec ratio ex D. Thoma h[ab]it[us] artic. 2. ubi ait: *Donum proprium est datum irreddibilis, secundum Philosophum, id est quod non datur intentione retributionis; & sic importat gratuita donationem: ratio autem gratuitae donationis est amor;* ideo enim damus gratias alicui aliiquid, quia voluntas ei bonum. . . . Vnde manifestum est, quod amor habet rationem primi doni, per quod omnia dona gratuitate donantur. Vnde cum Spiritus Sanctus procedat ut amor, procedit in ratione doni primi. Quare Joann.

C 3. Filius dicitur nobis ex amore datus: *Sicut Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret.* Et prima ad Corinthios 12. *Alii autem sermo scientis secundum eundem spiritum.* Et postea multis donis enumeratis sic concludit Apostolus: *Hac autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis proportiones.* Denique ubi Christus Matth. 7. dicit: *Si vos, cum sitis mali, nostri bona dat a dare filio vestri,* quantu[m] magis Pater vester dabit *Spiritu[m] bonum.* Id est (ut explicat Athanasius) *Spiritus Sanctus, qui est donorum omnium maximum, & inexhausta bonorum omnium, quae in nos a Deo flunt, origo.* Nam (inquit Basiliscus) *per Spiritum Sanctum datur in paradisum restitutio, in regnum celorum redditus, in adoptionem filiorum reverberio, datur fiducia Deum appellandi patrem, consortem fieri gratiae Christi, filium lucis appellari, aeterna gloria participem esse, & ut semel omnia dicam, esse in omnibus benedictionis plenitudine.* Ipse (addit Chrysostomus) *nostra imaginis est reformatio, mentis perfectio, anima iustificatio.* Spiritus Sanctus author est fidei in Deum, Lib. de Spiritu Sancto.

D *Spiritus Sanctus ipse opulentia filiorum Dei, ipse eternorum bonorum thesaurus, ipse Arca pignus eterni regni, ipse primitiva vita eterna, ipse signaculum gratiae Baptismi.* Spiritus Sanctus ipse fidem facit quod nos a Deo in filios adoptati sumus, ipse corda nostra Deo conglutinat. *Spiritus Sanctus ipse cibis est diligentium Christum, quo nunquam satiantur.* Ipse potus est animarum filiorum Dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti sunt. *Spiritus Sanctus copula est unionis nostra cum Christo, animarum exultatio, cordis triplum; Spiritus Sanctus lugentum consolatio, mœstridium depositio, mentis requies, sapiente communatio, prudentie inventio.* Serm. 2. de Spiritu Sancto.

E Tom. II. 1. 10.

spiritus mentalium oculorum nostrorum Sol, interni nostri bonorum lumen, Lucifer in pectoris celo. Spiritus Sanctus ipse opulentia filiorum Dei, ipse eternorum bonorum thesaurus, ipse Arca pignus eterni regni, ipse primitiva vita eterna, ipse signaculum gratiae Baptismi. Spiritus Sanctus ipse fidem facit quod nos a Deo in filios adoptati sumus, ipse corda nostra Deo conglutinat. Spiritus Sanctus ipse cibis est diligentium Christum, quo nunquam satiantur. Ipse potus est animarum filiorum Dei, ipse charitas eorum qui sibi coniuncti sunt. Spiritus Sanctus copula est unionis nostra cum Christo, animarum exultatio, cordis triplum; Spiritus Sanctus lugentum consolatio, mœstridium depositio, mentis requies, sapiente communatio, prudentie inventio.

Tract. de Spiritu Sancto. **206.** *ratio praescientie illustratio. Hoc Prophetæ illustrantur, A*
hoc id est sapientia conduntur, Spiritu Sancto Reges inunguntur, Sacerdotes ordinantur, Doctores illuminantur, Ecclesia sanctificantur, altaria fundantur, unguentum consecratum, aqua purgantur, Demones abiguntur, morbi curantur. Hic Spiritus (subdit Cyprianus) rubri mariis aquas siccavit, & suspenis hinc inde vehementibus fluctibus ab olio carnium, & Egypti pulmentaria, populum ad spiritalem eremam libertatem edaxit incolumentem; & alimenta celestibus pavit, manna quasi rorem matutinum infundens graminibus, quod colligi jussum est ad menjuram.

207. *Duxerat enim circa hoc nomen occurruit difficultates, breviter hic resolvendæ. In primis enim donum debet esse illius a quo datur: unde cum Spiritus Sanctus non possit dici esse Patris & Filii (hoc enim dominium & subjectionem importare videtur, quæ inter personas divinas reperi nequeunt) Spiritus Sanctus donum Patris & Filii appellari nequit.*

Præterea, cum donum duplum respectum importet, unum ad personam a qua datur, aliud ad personam cui datur, & nulla creatura ab aeterno existat, qui Spiritus Sanctus donati possit, nomen doni non videtur posse Spiritui Sancto ab aeterno, ratione suæ processionis, ac proprietatis personalis, competere; sed solum in tempore, & per extrinsecam denominationem a creaturis desumptam.

208. *Verum primam difficultatem resolvit D. Thomas hic art. I. ad I. ubi docet donum esse posse alterius tripliciter; vel per modum identitatis, quasi a dante indistinctum; vel per modum possessionis, quasi danti subditum; vel per modum originis, quasi a dante originatum seu procedens. Primo modo essentia divina convenit esse donum; & hoc sensu Hilarius dicit lib. 8. de Trinitate, divinam essentiam esse donum, quod Pater dat Filio; & quatenus scilicet per modum identitatis eam habet. Secundo autem modo gratia sanctificans, habitus charitatis, & alia bona creatura, dona Dei esse dicuntur. Tertio denique modo, Spiritus Sanctus donum Patris & Filii appellatur, quia ab utroque procedit.*

209. *Secundæ etiam difficultati occurrit idem angelicus Doctor ibidem respons. ad 4. ubi dicit: *Donum non dicitur ex eo, quod actu datur: sed in quantum habet aptitudinem ut possit dari: unde ab aeterno divina persona dicitur donum, licet in tempore redetur.* Quam doctrinam ex Augustino desumpsit lib. 5. de Trinitate cap. 15. ubi de Spiritu Sancto loquens, ait: *Quia sic ab aeterno procedebat, ut esset donabile, jam donum erat, & antequam esset cui donaretur.* Alter enim intelligitur cum dicitur donum, alter cum dicitur donatum: nam donum potest esse, & antequam detur: donatum autem, nisi datum fuerit, nullo modo dici potest.*

* *

* *

DIGRESSIO SECUNDA.

De aliis nominibus Spiritui Sancto propriis vel appropriatis.

Präter tria nomina jam explicata, que personalia sunt, plura alia recenteri solent, que vel sunt illi propria, vel sicutem appropriata.

In primis solent Spiritus Sanctus Patris & Filius, seu indissolubile Trinitatis vinculum appellari: quia est amor notionalis Patris & Filii; amor autem est lignea catena, flammeusque nexus, quod amantium corda inter se copulant; sive (at ait Augustinus) vita coecina eius corporis, vel copulare appetens, amantem scilicet, & amatum: unde & Dionysius amorem definit, vim unitivam; & unionem inter praecipuos amatos efficit enumerat, Itaque Spiritus Sanctus Patris & Filius nexus convenientissime appellatur: nuptiis namque uniuersitatem Sanctissimæ Trinitatis personæ, unitate scilicet essentiae, attributorum identitate, & individui amoris affectu; sive (ut logatur S. Thomas) per consoniam & convenientiam amoris: quia est per impossibile ponere, quod non essent unus in essentia & attributis, ad perfectam ratione jucunditatem oportet in illis intelligi unionem amoris.

Deinde Spiritus Sanctus, individuus Patris & Filius nexus dicitur, quia ex a Patre & Filio per eandem habitudinem, que est communis spiratio, & ad illos unicâ passiva spirationis relatione referuntur. Unde hoc etiam nomen Spiritui Sancto proprium est. Licet enim Pater Filium & Spiritum Sanctum respiciat, & Filius Patrem & Spiritum Sanctum: tamen nec Pater potest dici Spiritus Sancti & Filii nexus; nec Filius Patris & Spiritus Sancti vinculum appellans: quia Pater diversi relationibus Filium & Spiritum Sanctum respicit, illum paternitate, illum spiratione. Et similiter Filius per filiationem referatur ad Patrem, & per spirationem ad Spiritum Sanctum,

Ex hoc nomine derivatur aliud: nam Spiritus Sanctus, non solum individuus Patris & Filius nexus, sed etiam suavissimum utrquis oculum nuncupari solet. Quod egregie expendit & declarat D. Bernardus serm. 8. in Cant. ubi haec verba Sponsa: *Osculetur me oculo oti sui, explicans ait: Sirene Pater osculans, Filius osculatus appetitur, non erit abs oculum Spiritum Sanctum intelligi, utpote qui Patru Filiique imperturbabilis pastus, glutin firmum, individuus amor, individualis unitas.*

Tertiò idem amoris Spiritus, vinculum & nexus est, quo proximo copulamus. Quod enim (sicut Augustinus) est anima corporis humano, hoc est spiritus Sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia. Hoc agit Spiritus Sanctus in toto Ecclesiæ, quod agit anima in singulis corporis nostri membris, Anima, ut docet Seneca, vinculum est, quo singula eius membra cohaerent: Spiritus Sanctus nexus est Ecclesiæ, quo omnia eius membra mystica conjugantur; & fons unius triple, qui difficilē rumpitur, ut dicitur Eccles. 4. Etenim fideles triplici nexus conjugit & copulat; unitate scilicet fidei, & charitatis ratione & claræ visionis in patribus. Unde Pater unius meriti appellatur, natura vinculum, griseum gluten, Christianorum pax & harmonia.

DE PERSONA SPIRITVS SANCTI.

267

omniumque creaturam felicissimum hymen.
Ez 36. 27. dicitur facere concordiam in subli-
mibus: quia inter cœlestia, humana divinis,
superba infinitis, Verbum & carnem in Christo,
virginem & fecundatorem in Maria, liberta-
tem & efficaciam gratie in homine, mirabili ne-
tus sublimes fæderis sociavit.

Quicquid Spiritus Sanctus Patris & Filii gaudium seu complacientia appellari potest: producens enim per amorem, quo Pater sibi complacens in Filio, ac in illo suavissime delectatur: juxta legendum Zenonis Veronensis: Letatitur Pater in alio quod genuit ex se. Unde sicut Apostolus ad Galatas, ait, gaudium esse fructum Spiritus Sancti, etiam merito dicere possumus, Spiritum Sanctum esse fructum gaudii, quo Pater ab æterno

Quid Spiritus Sanctus Paracletus seu consolans nuncupari solet. Nam, ut dicitur S. Thomas 4. contra Gentes cap. 22. Proprium animis est, quod aliquis in presencia amicorum electetur, in querendo & factu gaudet, ac in eo consolatorem non contra omnes anxietates inventat: unde in spiritu maxime ad amicos consolationis causa, confortatur. Quia igitur Spiritus Sanctus Dei nos amos confortat, & eum in nobis habitare facit, qui in ipso; consequens est ut per Spiritum sanctum iudicium deo, & consolacionem habeamus, contra omnes mundi adversitates & impunitas: unde in Psalmo 50. dicitur: Redde mihi unum salutis tui, & spiritu principali confir-
mame.

Obeandem rationem etiam spiritualis unitio
de Ecclesia appellatur. Nam omnia vulnera ani-
morum sanat; illam ad omnia virtutum opera
scilicet mobilem reddit; omnium, cœlestium cha-
rismatum donis eam spiritualiter reficit ac im-
pergat; dum illam spiritualitatem laetificat,
et quoque Propheta, oleo factem ejus exhibi-
tum. Unde merito exclaims Richardus: Ha-
bit oleum Deus, habet oleum mundus; ad oleum
Dei rasa deficit, oleum mundi in ratis de-
bet; oleum Dei, dulcedo eternorum; oleum
mundi, delectatio presentium; illa sufficit, ista
deficit.

omnium opem ad extra principium, ut
prebit ex insa dicendas: Tum etiam quia est
nouissim amor. Paris & Fili: auctor autem
maxima virtus est, nihil enim tam ducit iam
quod ferreum est (inquit Augustinus) quod non
possidat vineatus: Tu denique, quia sa-
cerdos Spiritus est præpotens aura, cui mo-
reund & impellendi vis innata est. Quare Istaix
Spiritus robustorum dicitur esse quasi turbo
impellens patrem. Et Acto. 2. Spiritus San-
ti adventus ad modum turbinis, seu spiritus
vellementis, ab Evangelista de cibentibus. Ie-
cumenopod Ezechielem cap. 1. ecclesiis curulis anima-
la velossime huc arque illuc ferebantur: qua-
Spiritus virg et in rotis, illasque faci Pneu-
matis præpotens affluerunt ocebat. Unde etiam
exaltor stupenda Sansoni vis, quæ leones in
leunteret, quasi bœdil dislocerabat & usi qui
inuenierat eam Spiritus Domini, ut dicitur Ju-
de. 14. Unde in Apolo. os tanta fortitudo &
constituta, quæ Christum intrepido pugnabant
& baptizati potellatibus audacter & fuissebant
nisi quia induerantur virtute ex alto, & Spi-
ritum Sanctum de Pseudoctes accepserant
Tomi. II.

Tom, I.L.

RITVS SANCTI. 267
A Quocirca D. Gregorius homil. 30. in Euangel. hæc verba Psalmista expendens, Verbo Domini cœli firmizi sunt. & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum: per eos intelligit Apostolos, & addit: Cœlorum ergo virtus de Spiritu sumpta est: quia mundi hujus potestatibus contraire non præsumerent, nisi eos Sancti Spiritus fortitudo sollasset.

Praet̄ h̄c nomina jam exp̄ta, plura in 118
Scriptura reperiuntur hujus divini Spiritus en-
comia. Nam Sapientia 7. Spiritus intelligentiae
dicitur rectus, bonus, principalis, dulcis, san-
ctus, mundus, simplex, subtilis, modestus,
disertus, securus, certus, mobilis, huma-
nus. Rectus (inquit Cornelius Mafus) quia
prava veritatis in directa, & afferia in vias planas. Bo-
nus, quo omnia mala pelluntur, vel cooperantur in vo-
num. Principalis, qui principes nos facit, per turbatio-
nium omnium dominos, vitorum triumphatores.
Dulcis, per quem amara omnia dulcescunt, dum
charitas diffunditur in cordibus nostris. Sanctus, quo
peccata remittuntur, & peccatores sanctificantur.
Mundus, quo nihil mundus, qui facit mundos,
cui non placent nisi mundi. Simplex, qui esfu-
git scotos, & odit omnem dolum. Subtilis ad il-
labendum, & ad scrutandum, & examinandum iu-
dicia profunda Dei. Modestus, sancti pudoris &
verecundie auctor. Disertus, qui aperit ora mu-
torum, & linguis infantium facit esse disertos.
Securus futuri & presentis. Certus, qui nec
fallitur, nec fallit. Mobilis, abrumpens omnes
injustas moras impiorum, negligenter & tarditer
impatiens. Humanus, omnium hominum amans
animas.

- Lib. 2.
de sacra
historia

DIGRESSIO TERTIA.

De effectibus seu operationibus attributis spiritui Sancto, respectu totius creaturæ:

Licet indivisa sint opera Trinitatis, ut Augustinus dicit, quædam tamen appropria-
tur magis uni personæ quæ uero alteri propter aliquam specialem conformitatem adid, quod ei
proprium est. Vnde quædam sunt, quæ Spiritus
Sancto, secundum illam appropriationem, spe-
cialiter convenie dicuntur, ut creare, ornare,
gubernare, et vivificare; quæ in ordine ad omnes
creaturas illi conveniunt, ut docet S. Thomas 4.
contra Gent. cap. 20.

In primis ergo recte personæ opus creationis
attribuitur, & Spiritus Sanctus in leviptuis pal-
pium Creator ac mundi opifex appellatur: quia,
ut inquit S. Tho nascitum citato, *Bonitas Dei est*
ratio volendi quod attinet. Et per suam voluntati-
E tem res in se produxit: amor igitur, quo suam Boni-
tatem amat, est causa creationis rerum. Unde
Dionysius cap. 4. de divin. nomin. art., quid di-
visor amor non permisit Regem omnium sine ger-
mitte in se ipso manere. Item Plato, & quidam
alii antiqui Philosophi ant. orem, mundi opifi-
cem, & rerum omnium causam esse volue-
runt, ut dicitur 2. Metaph. Et Zoroastes olim
dicebat, ex uno igne omnia esse genita: quia o-
mnia, quæ in hoc mundo videntur, ex infinito di-
vini amoris igne proveniunt. Cum ergo Spiritus
Sanctus procedat per modum amoris, quo
Deus amat leviplum, est principium creationis
rerum: & cum in actionibus ad intra sterius sit
(non viuō naturæ, sed ineffabilis arcani lacra-

L 2 mento)

DISPUTATIO DECIMA

mento) ad extra fecundissimus est, imo & totius fecunditatis author & parent, ut patebit ex intra dicendis.

I. 20. Secundò Spiritui Sancto ornatus & pulchritudo mundi tribuitur, juxta illud Job. 26. *Spiritus Domini ornavit celos.* Vnde olim Plato dicebat, quod amor omnia creat, format, perficit, & adornat; quapropter amorem in finu chaos collocavit, & tres mundos constituit, naturam scilicet angelicam, animam rationalem, & machinam universi; quos ab amore dixit fuisse perfectos & ornatos. Nam Deus, ex infinito suæ bonitatis amore, omnium rerum species mentibus angelicis indidit; homini rationem dedit; & toti universo ordinem, distinctionem, & pulchritudinem: ut videri potest apud Marcilius Ficinum, in convivium Platonis orat. 3. cap. 2.

Huic Platonorum philosophiae faverit sacer Genesius textus, dicens quod primo die creationis mundi terra erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi: quia scilicet nondum in mundo sacra illi divini pectoris aura perfluerat. Vbi vero Spiritus Sanctus vagari coepit super aquas, illico evanuit deformis illi mundi vultus, quem dixit e chaos: pulchra resplenduit cœlesties, micaebus astris; riserunt aquora ponti; terraque purpureos fudit gratissima flores.

Nec mirum quod Spiritui Sancto mundi ornatus & pulchritudo tribuitur. Nam, ut docet Tullius in libro de Natura Deorum, perfectus mundus est, vivaque Dei imago, quia maximè unus; unus autem ob perfectam partium ejus inter se unitatem; illa vero divini est opus amoris, & effectus Spiritus Sancti. Hic est aurea illa Homerii catena, quæ terrenis cœlestia, humanis divina, & ima superis colligantur. Hic suavissima illa Orpheilyra, cuius sonitu, non Thebarum civitas, sed amplissima mundi machina conlurgit; quæ terras marit, mare, æri, aëre, igni, indissolubili pacis fædere conjungit. Hic denique Deus uniuersus, qui concordiam facit in sublimibus; qui erantes cœlestium orbium motus regit; adversos lumen influxus componit; & elementorum inter se pugnantium rixas conciliat: illa enim, inquit idem Cicero, diu subsistere non possent, nisi uno divino & continuato spiritu continerentur.

I. 21. Tertiò Spiritus Sanctus dicitur mundum regere & gubernare: est enim spiritus amoris, qui efficacissimum habet in humana corda imperium; & spiritus veritatis, quæ fortior præ omnibus est, & super omnia dominatur & prævalit; ut dicitur 3. Eldæ 4. Illi etiam attribuitur ratio primi principii, & ultimi finis; quorun proprium est omnia mouere, applicare, & ad proprios fines dirigere, quod est illa regere & gubernare. Præterea, ut dicitur S. Thomas ubi suprà, rerum gubernatio à Deo secundum quandam motionem esse intelligitur, secundum quod Deus omnia dirigit & movet in propriis finib; si igitur impulsus & motio ad Spiritum Sanctum ratiore amoris pertinet, convenienter rerum gubernatio & propagatio Spiritui Sancto attribuitur: unde PI. 142. dicitur: *Spiritus tuu bonus deducet me in terram rectam.* Et in Symbolo fidei, nos credere in Spiritum Sanctum, Dominum, profitemur: quia gubernare subdios, proprius sanctus dominii est. Ceterum licet potentissimum sit hujus divini

A Spiritus, ac supremi Regis imperium, & efficacissimâ suâ motione voluntates hominum impellat quod velit: tam dulciter tamen moveat, tam suaviter regat, ut eorum non lacerat, sed perficit libertatem. Unde & sub figuratur binis seu venti vehementissimi, & sub specie dulcis zephyri, & aura lenitissimæ, in Scriptura exhibetur; ut per hoc motionis ejus efficacia & suavitatis signetur, ac declaretur illum attingere à fine usque ad finem fortiter, & disponere omnia suaviter. Hinc Sponsa comites & socii dicunt Cantic. 1. *Trabe nos, curremus in odorem unguentorum tuorum.* Trabe nos: En Spiritus Sancti efficacissimum in trahendis cordibus omnipotentiam. Curremus in odorem: En gratia efficacis suavitatem, quæ sic trahit, ut ex nolentibus faciat volentes. In odorem unguentorum tuorum: his verbis innuitur mira divina motionis suavitas. Quid enim unguento suavius? Quid dulcius? quo non laetatur, sed perficit motu facultas? quo facile mobiles redditur potentia. Quomodo ergo humana tolleretur libertas per efficacissimam Spiritus sancti motionem, quæ unguento suavior, voluntates reddit ad omnia facile mobiles? Quomodo libertas afferetur per efficacem spiritus sancti grariam; cum voluntas nostra, ut ait Augustinus, tam liberior, quo divina gratia fuerit subiecta?

C Et Pater (subdit Petrus Diaconus) ad veram atrahit libertatem, non violentâ necessitate, semper suavitatem per spiritum sanctum. Quomodo servos faceret Spiritus qui liberat a cœnitute peccati, & qui (ut supra ex Cornelio Musso retulimus) principali appellatur, quæ principes nos facit, perturbationum omnium dominos, & vitiorum triumphatores? Quomodo tandem Spiritus amoris coactionem aseveritatem inserret; cum amor servire nesciat, cogi non possit, & qui vim omnibus inserit, omnium effugiat violentiam?

Quartò Spiritus sanctus vivificat. Quodnam, inquit Augustinus, est anima corpori homini, hoc est spiritus sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia. Cor est vita principium, & sons ac origo spirituum vitalium, quibus omnia vite opere exercentur, & omnia membra viviscantur: Spiritus Sanctus est SS. Trinitatis amor, & veluti Patris & Filii cor. Quid ergo mirum, si ab illo omnes spiritus vitales gratia, ac omnia dona & auxilia supernaturalia procedant, & si vivificet omnia Ecclesiæ membra, illi per gratiam & charitatem unita? Quid mirum, addit Cyrilus, quod Spiritus Sanctus omnia vivificet, cum ipse natura vita sit, ac vitalis Patris & Filii nexus? Unde (ut supra ex Athanasio retulimus) sicut Pater efficit omnis sine Filio, ita Pater & Filius non efficiunt vivi sine Spiritu sancto. Quid denique mirum quod vivificet, cum essentia spiritus sit nam spiritus est qui vivificat, ut dicitur Joann. 5. Unde Cornelius Musso lib. 3. de sacra historia & gregiè observat omnia spiritu vivificari. Habent enim (inquit) Physici in animalibus suis spiritus, anhelitus in primis, tum corpus cala illa in corde, in hepate, in cerebro formata, spiritus videlicet naturales, vitales, & animales. Sunt & ipsi Grammatici spiritus, quos quidem accentus dicimus, ob id quod syllabis accinant, veluti carum tenores & toni; sanæ, ut litteræ vocales dictionum, sic literarum voca-

vocalium ipsi accentus videntur esse anima quædam quod corum sono acuto vel gravi voces ipsa sonuerunt, quasi vivant, vigeant, spirent, & loquuntur. Hinc porro ad multam derivatio fit spirituum inflexiones enim & inflexiones, inclinations, & elevations in tonis & cantibus, spiritus sunt, quibus animata musica tantam vim habet, ut possit amorem excitare, infundere gaudium, & timores pellere. Ventus etiam spiritus impudatus qui halitu suo vitali omnia elementa quæ vivificat: nam sine illo terra languescere, & corrupti, mare immotum manere, & veluti mortuum; & ignis nisi suavi aliquā ardore vinceretur, vivere diu non posset. Deinde anima quæ vivimus, spiritus appellatur, & spirare in nobis vivere est: quia quandiu spiramus, tanti vivimus; & dum spirare desinimus, vivere cessamus. Si ergo tanta est spiritus creatus virtus, ut ab ipso omnis creature motus, sensus, vita, & operatio pendeant: quanta erit spiritus incertæ potentia, vitalitas, & efficacia qui nominalis est Patri Filii amor, divinique perennissimus impulsus, afflatus, & spiritus, ac aura vita. Unde, ut notat D. Thomas ubi supra, Spiritus Domini initio mundi dicitur ferri super aquas, non quasi ipse moveatur, sed quia est primus motionis principium. Et in symbolo, nos in spiritum sanctum, Dominum & Vivificantem, edere profetemus: quia non solum infinita suavitate & potentia omnia moderatur & regit, sed etiam vivifico suo halitu illa sovet, conservat, facunda, moveat & vivificat. Et ideo corporum resurrectio specialiter illi tribuitur. Nam sicut Deus in creatione mundi, statu animam membris dedit; significans (inquit Augustinus) spiritum tuum, qui divino suo halitu omnia vivificat: ita & in resurrectione eodem spiritu vitam, quam omne mortale genus culpa primi parentis amissum, restituere ac reparabit; & ut loquitur apostolus ad Romanos, 8. Vivificabit mortalita corpora nostra propter inebrians spiritum ejus in nobis: adimplens quod olim promiserat per Ezechiem Prophetam cap. 37. his verbis: ecce ergo aperiam os tuos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & sceleris quia ego Dominus, cum aperuerem sepulchra vestra, & dederem spiritum meum in vobis, & vici.

DGRESSIO QUARTA.

De effectibus attributis Spiritui Sancto respectu rationalis creature.

Præter quatuor effectus explicatos, qui omnibus creaturis communes sunt, alii solent attribui Spiritui S. respectu rationalis creature, que gratia & donoru supernaturalium capax est. Illi autem sunt: facere nos familiariter cum Deo conversari, ejus secreta & mysteria nobis revealare, illius bona & dona nobis largiri peccata remittere, mentem renovare, adoptionem filiorum tribuire, ad percipiendam regni celestis hæreditatem nos præparare, & denique ad ipsam aeternæ felicitatis gloriam nos perducere. De quibus effectibus eruditæ ac eleganter dillerit D. Thomas 4, contra Gentes cap. 21. & 22. Tres ergo primi effectus, quos spiritus sanctus operatur in nobis, sunt familiaris cum Deo conformatio, divinorum secretorum & mysteriorum revelatio, & bonorum, seu donorum Dei largitio.

A seu comunicatio. Cum enim (ut egregie discutit S. Thomas loco citato) per spiritum sanctum charitas in cordibus nostris diffundatur, teste Apostolo ad Rom. 5. & charitas sit perfecta cum Deo amicitia: per spiritum sanctum non solum amantes, sed & amici Dei constituimur: juxta illud Proverb. 8. *Ego diligenter me diligo*. Hoc autem amicitia proprium est, quod amicus familiariter cum amico conversetur, & illi sua secreta revelet: cum enim amicitia conjungat affectus, & duorum faciat cor unum; non videatur extra cor suum aliquis id protulisse, quod amico revelat. Requiritur etiam ad perfectam amicitiam, quod amicus bona quæ habet amico communiceat: quia cum amicum habeat ut alterum se, debet ipsi subvenire sicut & sibi bona illi communicans. Porro haec tria in nobis per spiritum sanctum: facilit quod in oratione familiariter cum Deo loquamur, & convertemur; juxta illud Apostoli ad Philipp. 3. *Conversatio nostra in carnem est*. Divina etiam mysteria & secreta nobis revealat, ut docet idem Paulus 1. ad Corinth. 2. dicens: *Scriptum est quod oculus non visit, nec atriis audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligentibus se, nobis autem revelavit per spiritum sanctum*. Item ibidem ait, *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei*, id est scrutari nos facit per donum sapientiae, ut ibidem explicat Glosa: sicut etiam gembris inenarrabilibus pro nobis postulare dicitur, quia nos facit postulare. Item per spiritum sanctum Dei bona & dona nobis communicantur, ut declarat idem apostolus ibidem cap. 12. dicens: *Acceditur per spiritum sermo sapientia; aliis autem sermo scientie secundum eundem spiritum; & postea multis enumeratis, concludit*; *Hec omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult*. Hæc D. Thomas.

Præterea per spiritum sanctum remittuntur peccata, & homo interior renovatur. Nam, ut discutit idem S. Doctor loco citato, per hoc quod aliquis alterius amicus constitutus, omnis offensa removetur; amicitia enim offensa contrariatur, unde dicitur Proverb. 10. *Veneranda est amicitia operis charitatis*. Cum igitur per spiritum sanctum Dei amici constitutus, consequens est quod per ipsum nobis remittantur peccata. Et ideo dominus dixit discipulis Joanni, 20. *Accipite spiritum sanctum: quoniam remisisti peccata, remittuntur eu*. Unde cum peccati remissio non fiat nisi per infusionem gratiae & charitatis, per quam anima interior renovatur, ut in materia de justificatione docetur; hinc sequitur, quod etiam interior mens renovatio spiritui sancto attribuatur: juxta illud Psalm. 103. *Emite spiritum tuum & crea nunc, & renovabis faciem terræ*. Quid enim per faciem terræ, nisi anima conscientia designatur? Unde Chrysostomus in illa verba Matth. 6. *Faciem tuam lava*, sic dicit: *spiritu alter facies anima conscientia intelligitur: sicut enim in conspectu hominum gratiosa est facies pulchra, sic in occulto dei speciosa est conscientia mundana*.

Item quia ex benevolentia quam quis habet ad alium, contingit quod eum sibi adoptat in filium, ut sic ad eum hæreditas adoptantis perveniat; convenienter spiritui sancto adoptio filiorum Dei attribuitur, secundum illud ad Roman. 8. *Accipisti spiritum adoptionis filiorum*, in quo clamamus ab Patre. Ita S. Thomas ibidem: ex

DISPUTATIO DECIMA

270

quo infert, per Spiritum sanctum nos à duplicitate liberari, nempe passionum & peccati, quæ nos bono apparenti subjiciunt; & timoris, quo meru gehenna bona operamur, juxta illud apostoli ad Roman. 8. Non accepisti spiritum servitutis iterum timore, sed spiritum adoptionis filiorum. Unde notat Chrysologus, quod filio prodigo, è servitute redeunti, paterfamilias annulam posuit in manu ejus, in signum perfectæ libertatis: Annulum, inquit, honoris, titulum libertatis, pignus spiritus sancti. Item Chrysostomus & Eusebius Emblema lepide advertunt, Spiritum sanctum post Pentecosten advenisse: quia Pentecostes, hīc quinquaginta annorum circulus emensus, Iulii tempus erat, id est annus remissionis, quo & servis dabatur libertas, & omnis hereditas ad proprios revertebatur.

Denique cum ad filios hereditas de jure pertineat, juxta illud apostoli ad Roman. 8. si filii, & heredes: ad Spiritum sanctum pertinet, non solum nos adoptare in Dei filios, sed etiam nos preparare, & reddere habiles ad percipiendam æternæ gloriae hereditatem, & ad illam nos perducere. Ita S. Thomas loco citato, ubi ait: sicut ad hoc quod corpus aliquod ad lucum ignis pertinet, oportet quod ignis assimileetur. levitatem acquirens, ex qua motu ignis proprio moveatur; ita ad hunc quod homo ad divinæ fructus beatitudinem, que Deo propria est secundum suam naturam, perveniat, neceps est, primo quidem quod per spirituales perfectiones Deo assimileetur, & deinde secundum eas operetur. & sic tandem predictam beatitudinem consequatur, Dona, autem spiritualia nobis per Spiritum sanctum dantur, ut ostensum est; & sic per Spiritum sanctum Deo configuramur, & per ipsum ad bene operandum habiles reddimur, & per eundem ad beatitudinem nobis via preparatur. Quætria apostolus insinuat nobis 2. ad Corinth. 3. dicens: Vixit nos Deus, & signavit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Et ad Ephes. 1. Signati etsi Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostra. Signatio enim ad similitudinem configurationis pertinere videtur, unitio autem ad habilitationem horum ad perfectæ operationes, pignus autem ad ipsum quod ordinamur in celestem hereditatem, que est beatitudo perfecta. Hæc

D. Thomas. Quibus verbis egregie docet, Spiritum sanctum non solum nos adoptare in Dei filios, sed etiam nos preparare ac reddere habiles ad percipiendam regni cœlestis hereditatem (in quo divina adoptio distinguitur ab humana, quæ non tribuit, sed supponit potentiam seu capacitatem percipiendi hereditatem) illamque amoris spiritum, non solum salutis portum nobis ostendere, sed etiam ad illum efficacissimam suā motione & impulsu nos perducere. Unde ait Ambrosius proprium spiritus sancti munus esse, ut prædestinatos in celestem patriam deducat, juxta illud Propheta Psalm. 142. spiritus tuus bonus ducet me in terram rectam. Et Cyrilius hæc verba Exodi 33. Facies mea præcedi te, & requiem dabit tibi, expendens: Dei facies inquit, spiritus sanctus appellatur, quoniam ipsam Dei essentiam ostendit. Cui concinit Anastasius Synaitianus hæc Psalmi verba: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: Lumen, inquit, divini vultus spiritus sanctus est, recta via deducens in gloriam.

Sicut ergo Deus olim ducebat populum Iudaicum per desertum in terram promissionis, nomine per columnam ignis, & die per columnam nubis; ita & Christianos per spiritum sanctum ad

patriam exlestem deducit. Igne hac nobis in hujus saeculi nostra columna præfulget: nubes ista itinerantes in die refrigerat; hic peregrinationis nostra dux & comes, qui gressus nostros dirigit in viam salutis, errantes in cœlestem patriam reducit, ibique proprias singulis discernit gloriae mansiones. Nec mutum: Sanctus quisque spiritus personalis est Patris filius amorem autem proprium hoc munus est, si Platoniades habenda sit, ut animas in cœlum reducat, si quamque collocet sedibus, pro cuius liberternis varios ordinet gloria gradus, faciatque omnes in illa distributione quietos: ut videri potest apud Ficinum in convivio orat. 4. cap. 6.

Addo quod, proprium spiritus sancti munus est, gratiam & charitatem cordibus nostris infondere, ut supra cum D. Thoma ostendimus. Gratia autem est semen gloriae, & fons aquæ salientis, in vitam æternam, ut dicitur Joan. 4. Charitas etiam est principium merit, & mensura clara Dei visionis, aureaque illa ulna, quæ apud Ezechiel. Angelus altitudinem & latitudinem templi gloriae mensurabat. Jure ergo meritos spiritus sancto tributari Sanctorum in celis glorificatione illeque ob suam infinitam pulchritudinem, ad se specialiter dicitur trahere Seraphinorum affectus ac desideria, juxta illud i Petri. 1. spiritus sanctus misericordia tua, in quem defuderat Angelus propheta. Unde (ut ex Cyriolo & Anastasio Synaitiano vidimus) Dei facies appellatur: Tum quia Patrem & Filium nobis ostendit: Tum etiam, quia sicut pulchritudo specialiter resideret in virtute, ita (inquit Rupertus) amore nites divinas patitur & venustatur spiritus sanctus. Quam suavis igitur est, Domine, spiritus tuus! spiritus tuus super mel dulcis, & hereditas tua super mel & favus Eccles. 24.

DIGRESSIO QUINTA.

De variis spiritus sancti figuris & speciebus.

Recens observavit angelicus Doctor infra quæst. 43. art. 7. quod quia Deus providet omnibus secundum unitus cuiusque modum est autem modus conformatibilis hominis, ut per virgibilia ad invisibilis manuducatur. ideo conveniens fuit, ut per alias visibiles creaturas, invisibilis divinarum Personarum missiones manifestarentur: juxta illud Dionysii cap. 1. de Ecclesiasticis Hierarch. Non aliter fas erat in infinito in nobis lucis divinum radium, nisi suo sacrorum varietate relatum, quibus ad superiora ferremur, occultatum. Ex quo ibidem infert, convenienter fuisse quod spiritus sanctus sub variis formis & figuris Christi & apostolis appareret, & sub specie columba, aquæ, ignis, venti, & linguae ignis, se mundo manifestaret, ut patet ex infra dicendis,

§. 1.

Cur sub specie & figura columbe spiritus sanctus apparuerit?

Prima spiritus sancti apparito fuit sub specie & figura columba. Nam, auctore D. Basilio filio homil. 2. in Exameron: Sacer ille spiritus in ipsis nascientis inenti exordio, sub specie avi-

rule (non alterius certe quam columba) ferebatur super aquas, ut dicitur Gen. 1. vel ut habent alii versiones, volitabat super aquas, in aliis sequitur: volitare autem & incubare, prout auctor avit. Item in ipsius Ecclesiæ nascientia principio, sub eadem specie apparuit: nam Ihesus baptizato & orante, aperatum est celum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in eum, ut dicitur Lucæ 3. Hinc quoque capitulo hujus simplicissima avicula figuram assumptum, quoties sanctissima Ecclesia Doctoribus apparuit. Sic enim Ambrosii, Gregorii, Doctoris angelici, Ambrosii Sanctissimi, & aliorum auribus sub forma columba efflatae videntur. Cur vero hujus potius mitis, & dulcior, quam generosæ aquila, aut vulnus speciei induere voluerit? nunc à nobis impatendum est.

Prima ratio sumitur ex D. Thoma loco numero 60, in resp. ad 6. ubi docet Spiritum sanctum sub specie columba, qua aucta fecunditatem effusa est, apparere voluisse, ad significandum spiritualem ipsius fecunditatem. Licet enim divinus ille Spiritus in Divinis nihil generet, nullamque personam producat: ad extamen tantâ vi pollet, adeoque secundus est, ut nihil in tempore à Deo in creaturas procedat, cuius ipse author non sit. Ceteros ille (inquit Cornelius Musius) terram, elementa, cunctaque animalia produxit, productaque fover, conseruat, renovat: naturæ conditor, granular, glorie consummator, rerum omnium universale principium, divini caloris sublimis quidam ipso & balitus, qui vivas semper, prepes, & velet, abil habet remissionis, sed operosus & efficax, iniquum vel labore, vel tadio vixit, universam naturam fover & alit, mundum conservat, vegetat, permulcer animos, elementa permisceat, cœlos regit & percutit, dat pacatus ventus, secundat annos & tempora.

Nec solum in operibus naturæ fecundus est, sed etiam in ordine gratia: cum ab ipso omnia fuerint charismata gratiarum; sicut omnes spiritus viales à corde exirent, ut supra declaratum est & omnium qui in Christo renascuntur, & in Dei filios adaptantur, patens ac genitor fit, pax illud Leonis Papæ: *Omnis homini renascitur in baptismi ejus, infrauteri virginalis, eodem spiritu plente fuisse, qui replevit & virginem.* Et item s. cap. 5. *Virius Altissimi, & obumbratio spiritus sancti, quo fecit ut Maria pareret Salvatorem, eadem facit ut regeneret unda credentem.* Omnia ergo, & stupendam hujus divini Spiritus fecunditatem, qui quod in Divinis non affectatur, hoc in creaturis exequitur: in Deo foecundat, sterilis, filium non generat; in humanis secundis, numerolam filiorum problema Deo gignit. Ad quod respiciens Spongia, excludit Cant. 1. *Oculetur me oculo ovis sui.* Ubi melius Doctor: *Tame, inquit, effigie osculum faciem eum.* (scilicet Spiritus sanctus, qui Patris & Filii suavitissimum est osculum) ut ex ipso, maxime accepit illud sponsa, concepit; tum secundus utrumque liberum, & late quasi pinguiscentibus in te-

Sed quod adhuc mirabilis est, Spiritus ille amoris, propriez ad intra sterilitatis concitum, divinamente annulatus secunditatem; aliam adhuc problem tanto parente dignam appetit, in novum velut crumpere partum; & qui verus est

A Deus, Deum ipsum in utero Virginis generavit, illumque, à quo divinam in aeternitate naturam recipit, humanā in tempore carne circumdedidit. Incarnatio enim Verbi divini, opus est Spiritus sancti; opus Spiritus, Virginis partus; opus Spiritus, fructus ventris virginis; opus Spiritus, flos ille de quo scriptum est in Canticis: *Ego flos campi, & lumen convallium.* Namut egregie observavit divinus Bernardus: *hortus in hoc differt à campo, quod horus quidam ut floreat, hominum manu & arte excolitur, campus vero ex semetipso naturaliter producit flores.* & absque omni humana diligentia adiutorio. Unde & ibidem subdit: *Christus non se debuit forem horti protestari, ne humano videtur opere generatus.* Pulchritudo & convenientissime flos campi sum ait, qui & absque humana industria prodiret.

Secunda ratio cur Spiritus sanctus in specie columba potius quam aquila, apparere voluerit est propter puritatem & munditiam, quam Spiritus sanctus specialiter diligit. Columba enim castissima est, tota cœlestibus incumbit, nec unquam vel minimum granum ē terra attollit, quin statim in cœlum oculos attollat; non circa cadavera & carnes volitat, sed refidet juxta fluentia aquarum, ubi cœli imago reluet, semper ejus obtutibus objiciuntur cœlestia, semper superna contemplatur. Ita etiam Spiritus sanctus munditiam mentis & corporis diligit, non nisi vacuas ab omni carnali & terreno affectu mentes adimpleret, nec nisi in mundis cordibus quiescet, juxta illud Genes. 6. *Non requiescat Spiritus meus in homine, quia caro est.*

Ter legimus columbam à Noë ex arcæ emissam. Primæ vice rediit, quia non invenit ubi requiesceret pes ejus. Secundæ vice reversa est, olivæ ramum ore deferens. Tertiò demum emissæ, inventa requie, habitavit in terra, per diluvium purgata, & quasi renovata. Emissio illa columba figura est, ut docent SS. Patres, adventus Spiritus sancti; qui primò invisibilis creaturæ, non invenit quomodo super eam requiesceret; adeo nimis impletas omnia occupaverat: omnis enim caro corruptrat viam suam. Ruris emitit Deus columbam Spiritus, & inventa requie apud tideles & mundos, in eis habitavit, indicavit, & mansionem fecit.

Tertia ratio insinuat ut à D. Bernardo serm. 1. de Epiph. ubi ait: *Nec incognitum, & indicandum Agnum Dei venit columba, qui a nibil metu agno convenit quam columba. Quid agnus in animalibus, hoc columba in avibus: summa simplicitas. Quid enim sic alienum ab omni malitia sicut agnus & columba non vere cuiquam nesciunt, ledere non noverunt.* Idem docet Paschafius libro 2. in Matth. dicens: *Spiritus sanctus in specie columba apparuit, ut per eam exponeret, quales futuri erant, qui ad gloriam ejusdem Spiritus pervenirent. Columba enim fel non habet, & ex hac insinuat, quod in sella amaritudinis esse non debet, quisquis ad gloriam spiritus sancti rentre exoptat.*

Non est omnitem quod ait Tertullianus in libro de Baptismo cap. 8. Quemadmodum post aquas dixerit, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum (ut ita dixerim) mundi pacem cœlestis ira praecolumba terris amaritudinis, dimissa ex arca, & cum oea reversa; quod signum etiam apud nationes paci pretenditur: ita post vetera delicta, columba sancti spiritus advolat pacem.

Serm.
47. in
Canticis.

DISPUTATIO DECIMA

272

pacem Dei afferens emissam de cœlis, ubi Ecclesia est. A unitatem persona non assumperit, sicut Christus humanam naturam.

§. II.

Cur aqua figuram Spiritus Sanctus aſſump̄erit?

132.

Denique sanctus Thomas 3. parte quæst. 39. art. 6. in Corp. docet conveniens fuisse, ut Spiritus sanctus in specie columba, qua simplex est animal, appareret: ut significaretur, omnes baptismo Christi baptizandos, si simplici corde & non ficte accedant, Spiritus sancti gratiam recepturos. Et ibidem in respons. ad 4. plures & egregias assignat rationes, seu congruentias, eis Spiritus sanctus in specie columba super Christum baptizatum apparete voluerit. Dicendum (inquit) quod Spiritus sanctus in specie columba apparuit, propter tria: Primo quidem propter dispositionem qua requiritur in baptizato, ut scilicet non fictus accedit; quia sic dicitur Sapient. I. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum: columba autem est animal simplex, astuta & dolo carens, unde dicitur Matth. 10. Etores simplices sicut columbae. Secundo ad designandum septem dona Spiritus sancti, qua columba suis proprietatibus significat. Columba enim secus fluentia habitat, ut inde viso accipere, mergat se, & evadat; quod pertinet ad donum sapientie, per quam sancti secus Scripturae divinae fluentia resident, ut incursum diaboli evadant. Item columba meliora grana eligit, quod pertinet ad donum scientie, qua sancti sententias sanas, quibus pascuntur, eligitur. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum consilii, quo sancti eos homines qui fuerunt pulli (id est imitatores diaboli) doctrinam nutrunt & exemplo. Item columba non lacerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, quo sancti bonas sententias lacerant non pervertant, hereticorum more. Item columba felle caret, quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti ira irrationaliter carent. Item columba in cavernis petra nidificat, quod pertinet ad donum fortitudinis, quo sancti in plaga mortis Christi, qui est petra firma, nondum ponunt, id est, suum refugium & spem. Item columba gemitum pro canitu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertiè apparuit Spiritus sanctus in specie columba, propter effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatorum, & reconciliatio ad Deum: columba enim est animal mansuetum; & ideo sicut Chrysostomus dicit super Matth. in diluvio apparuit hoc animal, ramum ferens olivæ, & communem orbis terrarum tranquillitatem annuntians.

133.

Quærunt aliqui, an illa columba, in qua Spiritus sanctus apparuit, fuerit verum animal? Responderet sanctus Thomas ibidem art. 7. affirmativè. Sicut enim, inquit, non decebat, ut Filius Dei, qui est veritas Patris, aliquà fictione uteatur; & ideo non phantasticum, sed verum corpus accepit: ita etiam conveniens non erat, quod Spiritus sanctus, qui Spiritus veritatis est, ut dicitur Joann. 16. fragmentum aliquod adhiberet; & ideo etiam ipse veram columbam formavit in qua appareret, licet ipsam in

Columba libenter resident juxta fluentias, quarum, ut dicitur Cantic. 5. Zephyri erant super rivulorum & fontium aquas amoenissime levant. Quid mirum ergo, quod Spiritus sanctus, qui sub purissimæ columba, & zephyri jucundissimi specie in Scriptura exhibetur, & qua species assumere dignatus sit, & tam liber in aquis quietat, ut de ipso, quod Tertullianus de Christo scriptus, dici jure merito posset: Nunquam sine aqua spiritus sanctus. In ipsius enim mundi exordio, hoc purissimum elementum, tanquam propriam fedem ac vehiculum, assumere dignatus est. Unde idem Author libro de Baptismo cap. 13. In primordio fecit Dominus celum & terram. Terra autem erat invisibilis & in composita, & tenebra erant super abyssum, & spiritus Dei super aquas ferebatur. Habet hinc in primis atatem venerari aquarum, quod antiqua substantia; debet dignationem, quod divini spiritus sedes; gravior scilicet ceteris tunc elementis. Non & tenebra tota adhuc fini cetera sidera informes, & tristis abyssus, & terra imparsa, & cetera ruderis liquor semper materia perfecta, lata, simplex, de suo pura, dignum velutacum Deo subiectum. Item cum Christus ad ripam Jordani baptizaretur, statim descendit Spiritus sanctus, & sub specie columba super aquas volavit, ut illas sanctificaret & fecundaret, que illi vires fideles per Baptismum regenerandi tribuerat. Tunc (addit Tertullianus) ille sanctissimus Spiritus super emundata & benedicta corpora, ibi a Pare descendit super baptismi aquas, tanquam pristinam sedem recognoscens, columba figuræ delovis. Denique adeò placuit illi sacrum hoc habitaculum, ut per aquam adventum suum, & gratiam quam in cordibus nostris diffundit, significari ac figurari voluerit. Nam Christus mulieri Samaritanæ diebat, si faceret donum Dei, & quia est quod dicit tibi, da mihi bibere, tu petieris ab ipso, & dedicas aquam vivam, aquam (inquit Cyrilus) vivificans oratione spiritus sancti es. Quod ipse Evangelista aperte declaravit, dicens: Die magno festiuitate stava Iesus, & clamabat dicens: si quis sit etenies ad me, & bibat, quod crediderit, fluminis de ventre eius fluens aqua viva. Et statim addit: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepterunt credentes in eum.

E Et certè non poterat subaptoris symbolo Spiritus sancti gratia designari, quam sub aqua specie; sive ejus origo, & inclinatio, sive ejus proprietates, aut effectus considerentur. Aqua enim in primis manat ex rupibus, è quibus ut plurimum fontes scaturunt; ex locis excelsis ad ima descendit, & è montibus profuit in convallis, juxta illud Propheta Psalm. 102. Qui emunt fontes in convallis, inter medium montium pertinibunt aquæ.

Deinde aqua quatuor habet proprietates seu effectus præcipios; scilicet lavare, refrigerare, rigare ac fecundare terram, & fitim extinguerre.

Sime

*Similia reperiuntur in Spiritu sancti gratia. A
In prima enim illa è petra manat & icaturit, à
Christo scilicet, qui teste Apostolo i.ad Cor. 10
mystica petra est, è qua omnes gratiarum rivuli
& fontes profundunt. Unde Rupertus egredie-
batur, quod petra illa defert, qua Moysis
vixi bis percutita, aquas largissimè profudit (ju-
sta illud Psalmi 77. Percutit petram, & fluxerunt
aqua, & torrentes inundaverunt) egregia fuit Christi
figura: Nam Christus (inquit) Lapis est, qui percussus
potest crucem effundit in nos Spiritum veritatis.*

*Deinde tunc aqua ex montibus & locis ex-
cessus profluit in convallis; ita & gratia semper*

*s. fan.
physi-
t, &
ibid.
erat.
o pos-
ipius
men-
ulum,
libro
m 120
& in-
Sp.
ante
na
Nam
es, &
rudi-
plex,
rebat.
puz-
, &
t, &
s vim
deret.
Spirit.
libus
apud
tum
cru-
rum
in fi-
dif-
Nam
re, u
Sancti
taviz.
sile-
Qui
z. Et
in
Spi-
equa-
eius
Aqua
ut
isad
val-
num
feu-
er-
mi-*

*adima descendit, & à monte divinitatis pro-
ducitur convallē humilitatis. Unde praeclarè
Augustinus ferm. 27. de verbis Domini: Confluit
aqua ad humilitatem convallis, denat at de tumoribus
vallis. Et ferm. 2. de verbis Apostoli: Cum timore
et temere, id est cum humilitate, yalem facite, imbreu-
m depressa implentur, alta siccantur. Gratia plu-
ria est, quid ergo mirari, si Deus superbus resigit, humili-
us autem dat gratiam? ded noli altum sapere, sed time:
nisi atque implearu; noli alium (aspero, ne siccero,
Præterea mystica illa Spiritus sancti aqua, ani-
cam laxat, & mundat à lordinibus peccatorum,
secundum illud Ezech. 36. Effundam super vos a-
quam mandam, & mundabitini ab omnibus iniqui-
tate vestra. Concupiscentiae flammis extinguit
se temperat; unde Spiritus sanctus ad Ecclesia
litteris figuris appellatur. Item desertum ani-
mæ peccataris, iterile ac siccitate laborans, spi-
ritualiter rigat & secundat, illudque reddit ve-
luti horum & paradisum amoenissimum, omni-
decore & venustate eximium, omnium virtu-
tum floribus conspicuum, omniumq; fructuum
venerabile præclarum.*

*Denum divina hæc Spiritus sancti aqua, ter-
renorum & carnalium desideriorum sitim ex-
tinguit, iuxta illud Christi ad Samaritanam: O-
mnia quæ bibit ex aqua hac, sit et iterum: qui autem bi-
bit ex aqua quam ego dabo ei, non sit in aeternum. Ec-
cliam rationem affigans, subdit: Aquam quam e-
xhibet, per se ipsam aqua salientia in vitam aeternam.
Quoniam gratia sit lemen aeternæ gloria, quæ
et perfectissima omnium desideriorum quies-
cuietas, proprius ejus effectus est, omnem
famem & sitim extinguere: omniaque desideria
summae infiniti boni possessione completere, jū-
iū illud Propheta: Satiator cum apparuerit gloria
tua. Hanc ergo aquam à Christo postulemus, &
cum Samaritana ei dicamus: Domine da mihi hanc
aquam. Sed ut illam nobis donet, aliam à nobis
expicit, aquam scilicet lacrymarum. Sicut enim
(inquit Chrysologus) lacrymas paenitentium, es-
tum genitus peccatorum. Has etiam celestes aquas
Spiritus sanctus multum diligit; nec minus in
evidetur, quam in aquis Jordanis, quas
concepit Iohannes baptizavit. Illis libenter incubat
celestis illa columba, quæ in ipso mundi exor-
dio trebat super aquas. Super illas amoenissi-
mè ludit, ac portat divini zephyrus amoris, & ex
illis genem celestem charitatis elicet: sicut olim
tempore Nehemias, ex aqua in puto inventa
fuit ignis exiliit, ut sacra Machabæorum refert
historia.*

§. III.

*Cur sub igni specie Spiritus sanctus apparere
volueris?*

*M*irum est quod Spiritus sanctus, qui pacis
& concordia Spiritus est, contrarias ta-
men & inter se pugnantes figuras assumere vo-
luerit, & sub specie aquæ & ignis, quæ sibi ad-
versantur, in mundo visibiliter apparere. Varie
tamen & egregie hujus rei hic suppetunt ratio-
nes.

B Prima est, ut divinitatis suæ infinitam poten-
tiæ & majestatem innueret. Nam quod forma
aliqua nobiliores est & superior, eo perfectius &
unitius inferiora, licet diversa & contraria, in
seipso colligit & concreta est, iuxta illud commu-
ne Scholæ effatum: Quæ dispersa sunt in inferioribus,
unita sunt in superioribus.

*Secundò per hoc significare voluit, ipsius spe-
cie munus esse, contraria unire, & pugnantia
inter se conciliare.*

*Tertiò, conveniens erat, quod Spiritus fec-
undissimus in operibus ad extra, & totius fec-
unditatis author & parens (ut antea fusè decla-
ratum est) duo illa elementa assumeret, quæ ad
omnes generationes concurrunt, & quæ sunt ve-
luti duo prima totius fecunditatis creatæ prin-
cipia: nam ex aqua & igne, sive ex calore & hu-
more omnia generantur, ut fusè demonstrant
Cicero lib. 1. de Natura Deorum, & Laetantius
lib. 2. instit. cap. 1. ac egregie declarat Ovidius 1.
Metamorphis versibus:*

*Quippe ubi temperiem sumpserit, humorque calorique
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus,
Cumque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus om-
nes
Res creat, & discors concordia, fæbris aptæ est.*

D Denique Spiritus sanctus in mundo visibiliter
apparuit, ut mundum à peccatis purgaret: unde
conveniens erat, ut sub illorum elementorum
specie se præberet visibilem, quibus mundus
purgatus, aut purgandus est. Mundus autem a-
quis diluvii olim tempore Noe purgatus est, &
post diem judicii igne purificabitur: Ergo con-
veniens erat, ut Spiritus sanctus sub figura aquæ
& ignis in mundo visibiliter appareret.

*Præter has rationes generales, non desunt al-
liæ peculiares, quibus ostendi potest fuisse con-
veniens, ut Spiritus sanctus specialiter sub ignis
figura & specie se præberet visibilem. Prima est,
quia ignis Divinitatis symbolum est, iuxta illud
Deut. 4. Deus noster ignis consumens est: Ergo ut Spi-
ritus sanctus se verum Deum, & Patri, Filioque
consubstantiale ostenderet, oportebat ut sub
ignis specie monstraretur. Ita præclarè D. Gre-
gorius homilia 30. in Evang. ubi ait: Patri & Fi-
lio coeterus Spiritus in igne monstratur: quia incorpo-
reus, ineffabilis atque invisibilis ignis est Deus: attestante
Paulo, Deus noster ignis consumens est: Deus quippe ignis
dicitur, quia per hunc peccatorum rubigo consumitur.*

*Item Spiritus sanctus notionalis est amor Pa-
tris & Filii: amor autem ignis quidam est, & sub
ignis specie effigi solet, ac semper à Poetis in-
ter flammæ & ignes depingitur. Unde sicut
Tertullianus, supra relatus, de Christo dicebat:
Nunquam sine aqua Christus: ita & de Spiritu lan-
go dicere licet: Nunquam sine igne amor, nunquam
sine flamma Spiritus sanctus.*

DISPVTATIO DECIMA

274

139 Præterea, Sicut ignis in propria sphæra quieticit, & extra illam in continua est agitatione & motu: ita Spiritus sanctus intra Divinitatem non operatur notionaliter, nec ullam producit personam divinam, sed est Patris & Filiū suavissima quies, ac veluti *uriusque centrum*, ut quidam dicit: ad extra verò continuò operatur, & est omnium externalium operationum principium, ut supra fūse ostendum est. Et ideo Genesij primo dicitur: *Spiritus Domini serebat super aquas*. Ubi Chrysostomus: *Mibi videtur, inquit, hoc significare, quod affuerit efficax quedam & vitali operatio aquæ*, & non fuerit simpliciter aqua stans & immobilia, sed mobile, & vitali quandam vim habens: nam quod immobile, omnino inutile est; quod verò moveatur, ad multa conductit.

140 Addo, quod ignis septem habet proprietates seu esse etius præcipuos, similes his quos Spiritus sanctus operatur in nobis. Ignis enim urit, purgat, illuminat, homogenea congregat, disgregat heterogenea, liquefacit, & in cinerem redigit. Similia Spiritus sanctus operatur in nobis. Nam sui amoris igne corda nostra exurit, juxta illud Augustini in Soliloquii. *O ignis sancte, quam dulciter ardes, quam desideranter ardoris! exurit, inquam, non ut consumat ac destruat, sicut ignis corporeus, sed potius ut augeat, purget, ac perficiat; non feciis ac ignis qui Moysi in rubo apparuit, quo rubus ardebat, & non contumebatur.*

141 *O bona-
rio 18.
in Psal-
m 118.* Unde præclarè Ambrosius: *Ignem Dominus misit in terram, non ut eam Sodomitanu rursus, sicut scriptum est, arderet incendio; non ut eam donare munere fecunditatis, aut usu vel flore viriditatis exueret; opus enim suum Dominus probare magis atque augere quam minuere aut damnare consuevit. Quem ergo Dominus ignem in novo sparsit testamento, qui secretos mentium, divine ardore cognitionis, inflammaret effectus; qui vaporē fidei & devotionis aduloret, qui cupiditatem virtutis accenderet. Et Bernardus: *Ignis qui Deus est, consumit quidem, sed non agit; ardet suavititer, desolat feliciter, est enim verè carbo desolatorius, sed quis in via exercet vim ignis, ut in anima vicem exhibeat unitiosum.**

142 Secundus hujus divini ignis effetus est purgare corda, & illa à terrenis separare affectibus: cùm enim Spiritus sanctus purissimus sit, & nedum sanctus, sed ipsa sanctitas, totiusque origo puritatis & sanctitatis, ut fūse ante declaratum est, non nisi in purgatis ab omni peccatorum labo cordibus requiescit. Unde meritò adiunctionis Spiritus appellatur, quia sui amoris igne spinas & vepres peccatorum adiurit. Vnde Chrylologus: *Ager quoties longā incuria sylvestrit, & toto luxuria agrestis sordestrit horrore, peritissimi cultoris utique semper aperitur & purgatur incedio, ac studio benigno cultor ignis apponitur, ut exitus sentibus reveletur prima facies campi, praestetur agricultura libertas, fiat facilis via vomeri, fiat germinis ferax sterilis diu terra, & longa ac mœsta otia late latissima jam repenset in fructu.*

Ex purgatione sequitur illuminatio, quæ tertius Spiritus sancti effectus est. Sicut enim in rebus corporis diaphaneitas est proxima dispositio ad recipiendam lucem (quæ idcirco *etius diaphani* definitur à Philosophis) ita & in spiritualibus puritas mentis est ultima dispositio ad sapientiam, quam idcirco Divus Augustinus, purificare mentis intelligentiam, appellat. Vnde postquam Spiritus sanctus humana corda sui amoris igne purgavit, confessim

A mentes eorum illuminat, & sua infinita splendoria luce perfundit, juxta illud Thienorum primo, *De excelso misit ignem in oibus meis, & rufivit me*. Quād magnus ergo Doctor charcas! Quād felix Spiritus sancti schola: *Quād velox* (inquit Leo Papa) *sermo sapientia: Quād Spiritus sanctus magister est, quād cūd diffidit tunc quod docetur!* Ecce (subdit Gregorius) *implerat tharadum puerum, & Psalmam facit; implerat pastorem armamentarium, sic monos velicantem, & Prophetam facit; implerat abstinentem puerum, & indicem senum facit; implerat pescatorem, & praedatorem facit; implerat persecutorem, & doctorem Gaudiūm facit; implerat publicanum, & Evangelistam facit. O qualis est artifex iste Spiritus in nullā ad descendū morā agitur in omne quod voluerit. Maxime ut teigerit mentem, docet, solūnque tetigisse, docet se est.*

B Quartus eius effectus est congregare homogenea, omnesque fideles in unitatem fidei & charitatis colligere. Nam sicut in malo panis (in Gregorius) uno exterius cortice, interius granulæ minuantur; sic in numeros sancte Ecclesiæ populus unitas fidei contingit, quos intus diversitas moritorum u-

C Disgregat etiam heterogenea, illaque abivit, secernit: videlicet à terrenis coelitis spiritualia à carnalibus; ab humana & creatis divina & increata.

D Denique idem amoris Spiritus, calore fidei & devotionis ardore, Sanctorum corda liquefacit, caque per donum timoris, & virtutem humilitatis, veluti in cinerem redigit. Vnde Sponula dicebat in Cantico: *Anima mulier facta est, ubi stans locutus est. Et Abraham Deum allocutus, exclamabat: Loquar ad Dominum, dum sim pulvis & cinis.*

E Non est prætermittenda alia egregia inter ignem & Spiritum sanctum similitudo & analogia. Ignis enim naturā quidem beneficus, pro accidente tamen nocet; igne eversa est Sodoma, igne conflagrabit universus orbis; igne torquentur dæmones; ignis denique, dirimirundidit thesaurus & instrumentum est, ut ait Terullianus. Ita pariter Spiritus sanctus naturā sua benignissimus ac luuissimus est, amore, & charitas est, bonitas est, ipsa Pateris, illiusque suavitas. Ille tamen lævit in impios & obduratos, & severissimum de illis vindictam sumit; amor quippe læsus fit furor, ut quidam ait; & charitas, ut inquit Bernardus, *sollet savire, & patienter novit iras*. Columba ista, licet mitissima aliquando trascitur, studia que ira adeo timenda est, ut exclameat Prophetæ: *A facie gladii columba singuli ad terram fum fugient. Hic advocatus, qui nunc Patrem pro nobis interpellat gemitibus inenarrabilibus, in die judicii arguet mundum de peccato, de iustitia, & de judicio, ut dicebat Christus Iohannis decimo octavo. Ille qui nunc hominum consolator est ac defensor, tunc erit impiorum accusator, judex ac tortor. Unde miles ille epulo, qui cruciabatur in flammis, necliebat quid dicere, dum Abraham rogabat ac entreter Lazarum, qui intingeret digitum suum in aquam, & refrigeraret linguam ejus. Nam per digitum designatur Spiritus sanctus, qui, dextra Dei digitus, ab Ecclesia appellatur: Ille aitem damnatos non refrigerat, sed cruciatur, non solatur, sed torquet. Hæc Dei undictio gloriam*

ditum divine iustitiae non hebetat, sed acuit & dilatatur, ut hoc lenime fiat acutior. Hic sacer diuinus oriflatus, non extinguit, sed accendit inferni incendia, & prunas eius magis ardore facit, ut dicitur Job 41. Denique ignis iste (inquit Hieronymus) qui descendit super Apostolos, duplicit est natura; lumen habet credentibus, tenebras, suppliciaque incredulitatem.

§. IV.

Cum Spiritus sanctus in forma venti seu spiritus vehementis advenirete

Quarto Spiritus sancti apparitio fuit sub forma venti & spiritus vehementis, ut dicitur Act. locutus figura & apparitionis plures etiam suppetunt rationes egregiae.

In primis Spiritus sanctus sub forma venti apparet voluit, ut personalis ejus proprietas monstratur: procedit enim per viam amoris, & tanquam noctorialis amor Patris & Fili; amorem, cum sit veluti quidam impulsus, quo voluntas amantis impellitur in amatum, recte per ventum seu spiritum vehementem designatur. Ecce si ventus ex Aristotele, exhalatio quam sit quid aptius quefuo ad designandam processionem Spiritus sancti? Cum enim procedat via amoris, recte exhalatio divina dici potestamare namque est animam exhaleare: unde & anima plus ubi amat, quam ubi animat, esse posibebatur.

Deinde, sicut ventorum origo abstrusa est; illigat sol cognita, qui educit eos de thesauris suis ita & Spiritus sancti processio, ejusque in hominum mentes illapsus, secretissima & obscurissima sunt. Unde Christus dicebat Joannis tertio. *Spiritus ubi vult spirat, & vocem eius audis, & secundum veniat, aut quo vadat.* Et Abacuc tertio. *Dou ab Austrō veniet, & sanctus de monte Pharan.* Ab Austrō, que regio calidissima est, venire dicitur Spiritus sanctus, quia ex amore procedit & ex solo bonitate & charitatis impulsu in animas inducillabitur. De monte vero Pharan (seu quod idem est, de monte obfuso & umbroso) proficiet dicitur quia processio ejus obscurissima est, & poluit tenebras latibulum tuum, ut ait Bernardus, ejusque in animam justi adventus, seu illapsus, secretissimus, & ab humanis sensibus remorsissimus, juxta illud Job capite nono. *Domini ad me, non videbo eum, si abiherit, non intelligam.* Allusit ad hoc nesciens antiquitas: Sycionii enim, sive Paulanæ, noctu sacrificabant venas, subobscuram esse dicentes eorum naturam, & Aristoteles fugillat omnes retro Philosophos tristios naturam venti. Sanè si ea cæciutia homo ignorans, ut naturam venti adhuc ignoret, potius ratione mens ejus caligat in indagine Spiritus sancti, qui proinde iure merito ventus esse dicuntur.

Præterea inter effectus venti & Spiritus sancti displays & eximia reperiuntur similitudines & analogie. Venti enim purgant aërem, colligunt nubes, easque in pluviam resolvunt, glaciem liquefaciunt, & hortos peisitant, ac suavissimos ex illis faciunt exhalarare odores. Non dissimilis certe Spiritus sancti operatio: purgar enim supervacua, & noxia quæque repellit, ut lepidè declarat Cyprianus his verbis: *Flatus ille a carnali palacois purgat. Ignis iste fannam concupiscentia consumit.* Deinde sacer hic ventus nubes colligit

Tom. II.

A peccatorum in cordibus pænitentium, quæ charitatis igne liquefactæ, in suavissimum lachrymarum imbre solvuntur, juxta illud Psalmista: *Flatus Spiritus eius, & fluent aquæ.* Unde idem Cyprianus: *Quoties te video suffirantem, non dubito Spiritum sanctum inspirantem: quoties intueor flentem, sentio Spiritum sanctorum ignoscendum.* Item calidissimus ille divini amoris flatus, corda peccatorum obdurata liquefacit, & in aquam lachrymarum resolvit, ut Augustinus egregie declarat in hæc Psalmista verba: *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austrō, ubi sis fatus: Quomodo frigus ligat aquam ne currat, ita & nos illigat frigore peccatorum gelavimus. Auster autem calidus ventus est: quando flat Auster, liquefit glacies, & implentur torrentes... Gelaveramus ergo in captivitate, constringebant nos peccata nostra: sicut Auster Spiritus sanctus, dimissæ sunt nobis peccata, soluti sumus à frigore iniquitatis, tanquam glacies in sereno, sic solvantur peccata nostra.* Denique divinus ille amoris Auster, animam sanctam, quæ amoenissimus celestis Sponsi hortus est, suis inspirationibus perflat, & ex illa suavissi nos omnium virtutum facit exhalarare odores, ac stillare aromatum charismata. Hoc apostolus noverat Spona in Cantico, dum cælestem Sponsum, seu Spiritum sanctum alloquens dicebat: *Veni Auster, perfla hortum meum, & fluent a romata illius.*

Ultima ratio, cum Spiritus sanctus sub specie 149 venti & spiritus vehementissimi, Apostolis in cœnaculo congregatis apparere voluerit, fait ut castum & sanctum timorem illis incuteret, quo se ad ejus gratiam recipiendam diligenter prepararent, Nam timor [sicut Zeno Veronensis] Spiritus sancti conceptaculum est, juxta illud Prophetæ: *A timore tuo concepimus & parturivimus spiritum.* Timor fidus est divina gratia comes & custos. Timor (inquit Tertullianus) mundit animi, petratis nitor, instrumentum pænitentia, fundatum salutis. Timor denique quasi quidam custos super innumerabiles gazas, in ultime charismatum ponitur, ad conservandas incomparabiles gratias, ut bellè ait Retrus Cellensis, Unde sicut Spiritus sanctus nunquam est in anima justi sine amore, ita nec sine timore: nam res jollitati plena timoris amor. Super quem (inquit divina Sapientia) requiescat Spiritus meus, nisi super humilem, & tremorem sermones meos? Quid Maria Virgine timidius, quæ ad Angelicam pœnitentiam et vocem prætimore turbata est? Virginum enim (inquit Ambrosius) est trepidare, & ad omnes viri affatus reveri. Ecce Spiritus sanctus supervenit in illam.

Quid timidius Apostolis, cum Spiritum sanctum receperunt: inclusi erant omnes in cœnaculo præ timore Judæorum, ut ait lacer textus: at inter sacros timores Spiritu sancto repleti sunt. Denique Seraphici illi Spiritus, qui incendium interpretantur, et qui divini amoris igne repleti sunt, sic ante thronum Dei volitant, ut alarum tremulo videantur suspendi volatu, nec tam volate quam trepidare; et timidiiores, quæ sanctiores, et in charitate ferventiores.

Norant Astrologi, quod stellæ quæ altius à terra asurgunt, & sublimiorem in cœlo locum sortitæ sunt, scintillantes, & quasi trepidantes apparent. Unde commune illud proloquium: stellæ quæ sunt prope nos non scintillant, trepidant vero quæ ab oculis noctis longissime recessunt. Idem observa inter Santos & reprobos dilectionem. Reprobri qui terrenis adhærent, nec Deum timent, nec homines reverentur: Sancti

Lib de panibus cap. 14

DISPV TATIO DECIMA.

276

Et quorum conversatio in celis est , in timore
& tremore propriam operantur salutem , et ti-
midiores quo luctiores . Time ergo (inquit Ber-
nardus) cum arriserit gratia ; time , cum abierit time
cum denou revertetur ; & hoc est semper pavidum esse.
Succedit enim sibi animo tres timores , secundum
quod gratia vel adesse dignatur , vel offensa recedere , seu
iterum placata redire sentitur .

bent, quia dum Deum amandum prædicant, corda dientium inflammant. Nam otiose est sermo Dœdœ, si præberet non valeat incendium amoris. Et Doctor se militissus de sancto Andrea loquens sic ait: In abundantia cordis et loquuntur eis. Et charu as que faverat in corde, quasi scimillæ quædam ardentes puras, mittebat in voce.

Nec mirum quod viti Apostolici ignitum da-
beant habere eloquium, & lingua divinam amo-
risigne flagrantem: sunt enim divini verbi di-
spensatores ac ministri, Dei autem Verbum, ne-
dum lucidum est, ac splendidum, sed dignitatem &
ardens, & divinum spirans ac inspirans ador-
rem: etenim Pater aeternus Verbum produxit,
non qualemcumque, sed Verbum spirans amorem
ut supra ex D. Thoma vidimus.

§. V.

Cur Spiritus sanctus, sub figura lingua ignea, super Apostolorum capita descendenterit?

150 PLures hujus apparitionis, seu figuræ, sancti
Partes adducunt rationes.

Prima & præcipua est: *Quia Spiritus sanctus*

venit, ut Christum clarificaret, & manifestaret hominibus, juxta illud Joan. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet: interpres autem verbi in mente latentis, est lingua, que per sermonem ac loquelas illud exterius prodit & manifestat: Ergo convenienter sicut Spiritus sanctus sub specie linguas Apostolis appareret. Hanc rationem insinuat D. Antonius de Padua serm. 1. de Spiritu sancto: Linguis inquit, attulit, qui pro Verbo venit: cognationem enim habet lingua cum verbo, ut ab invicem nequeant separari.

Secunda ratio est Augustini serm. 187. de tempore, ubi docet, quod quia per confusionem linguarum, quæ contigit in adiustatione turris Babel, dissipatus erat mundus, congruum erat illum in unitatem fidei & charitatis per Spiritum sanctum, sub forma lingua igne apparentem, reduci. Eorum (inquit) linguarum diversitate, Ecclesia contulit unitatem; ut quod discordia dissipaverat, colligeret charitas; & humani generi, tanquam unius corporis membra dispersa, ad unum caput Christum compaginata, redigeret; & in sancti corporis unitatem dilectionis igne consolaret. Unde Spiritus sanctus scientiam vocis habere dicitur, iuxta illud Psalmistæ: Spiritus Domini repletus est orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Scientia vocis est musica, quæ diversitatem vocum & tonorum suavi concordia temperat. Scientiam istam Spiritus sanctus habere dicitur, quia diversas gentes & populos, unius Evangelicæ veritatis concentu & concordia mitigat, ac in unitatem fidei congregat. Venit ergo Spiritus sanctus tanquam doctissimus veritatis præceptor. Nam sicut in musica, & harmonico choro, in quo variæ resonant voces, & ad melodiam concinunt, quædam altè modulatae sublimius personant; aliquæ profundum musicæ gradum infimius tenent; alia mediarium servant tertium; nec vocum diversitas harmoniam confundit, sed mirè servat, & eleganter concinnat, immo ex vocum varietate concors discordia modulatè conflatur: sic in Evangelicæ veritatis & doctrinæ concentu, (inquit Rupertus) licet variæ sint Doctrinæ & Prædicatorum linguae, unius tamen debet esse sententia consensus: id est licet sub variis & dispersis linguis Spiritus sanctus apparuerit, unicūs ramen ignis supra singulos sedet.

152 Tercia ratio inquinatur a D. Gregorio hom. 30
in Evang. dicente: In linguis igneis apparet Spiritus,
quia omnes quos repleverit, ardentes pariter & loquen-
tes facit. Concionatio enim, & virtus Apostolici
lingua, ignea esse debet, ut divini amoris flam-
mas in cordibus hominum accendat. Unde ibi-
dem addit[us] Gregorius: Linguis igneas Doctores ha-

DISPV TATIO XI

**DE CONSTITUTIVO DIVI-
narum personarum.**

Ad questionem 40. D. Thomae.

Postquam D. Thomas personas divinas
tam in communione, quam in particulari, ad
solutè consideravit, illas denique compa-
rat ad alia quæ connonantur. Et primum ad elemen-
tum quam includuntur, quæstione trigesimam non
Esecundum ad relationes quibus constituantur,
quæstione quadragesimam: tertium ad actus non-
nales quos eliciunt, vel terminant, quæstio-
ne quadragesima prima: quartum ad invicem illas
conferrit, quæstione quadragesima secunda: &
tandem comparat illas ad creaturas, ad qua-
mum sunt, quæst. 43.

De his omnibus divinarum personarum comparationibus nos agemus in praesenti; quia que concernunt comparationem ipsarum ad efficiendum,